terminātur nouiſſima ſyllaba in Ntūo breuia ſunt abltūo longa.omnis
aūt actūs caſus cuiuſcūqꝫ generis.M.lr̄a terminatus nouiſſimā ſyllabā
longā hr̄e nō pōt.nā aut poſitionē aut ſynaliphā expectat. Noia gn̄is
fœminini quæ in es ſyllabam finiūt ſi eadē ipſa ſyllaba in Gtūo nō pro
ducit̄ breuia ſūt: ſin aūt eadē ſyllaba i gtūo ꝓducit̄: tā i Ntō q̄ i abltūo
lōga ſyllaba nouiſſima ē.q̄d dico huiuſmodi ē exemplū.ut hæc lues.es

ſyllaba breuis ē:q̄a gtūm luis facit:hæc fides des longa ſyllaba eſt ꝑpea
qꝫ genitiuus producit eam.facit enim huius fidei quomodo ē hec facies:
es ſyllaba longa eſt quoniam in gn̄to ꝓducitur.huius faciei.Ergo quas
ſyllabas genitiuus ꝓducit:hæ in nominatiuo & ablatiuo longæ ſunt.ut
hæc fides huius fidei a fide. facies ei a facie. quas ſyllabas gtūs corripit
aut mutat breues ſunt In ntō & abltō ut lues luis lue.quicquid in gtō is
ſyllaba terminatur breue eſt In abltō.ſed in gtō cognoſcunt̄ nouiſſimæ
ſyllabæ plærūqꝫ nominatiui:quales eſſe debeant.ut eſt paupertas. pa-
lus.tas.n.iō longa ē.quia gtūs ꝓducit eam.dicimus.n. pauptatis.ta. ꝓ
ducta.& paludis media ſyllaba producta. quomō eſt hic ſamnis longa
eſt nis.facit.n.gtūs huius ſamnitis media ꝓducta.Item amnis breuis ē
quoniam ſyllabam nis nō ꝓducit gtūs.

Paupertas
Palus
Samnis

## De participiis.

Omnia participia q̄ in Ans ſyllabam:aut in Ens mittunt poſitione lon
ga ſunt.Nam q̄ in.I.aut in o mittunt quaſi nomina exiſtimantur.de qui
bus iam dictum eſt.

## De aduerbiis

Omnia aduerbia q̄ in E.mittunt:exceptis bene & male forte ꝓpe pone
pœne & ſæpe.his ergo exceptis.illa que de nominibus manant & nō cō
parant̄ lōga ſunt.ut pulchre:ſancte:docte:iuſte: illa āt breuia ſunt quæ
noīa nulla habent unde deriuentur. qūo illa.docte:quia doctus.ſancte
quia ſanctus.iuſte quia iuſtus rurſum quæ a nominibus deriuātur : ſi in
R.ſyllabam finiant breuia ſint neceſſe eſt: ut duriter: turpiter:miſeri-
corditer.quæ aūt in.M. litterā finiunt poſitionē aut ſynalipham expe
ctant.Item illa q̄ a exeunt lr̄a longa ſunt:ut ultra una.

Aduerbioꝝ quantitas in ſyllaba

## De uerbis.

In uerbis uel in coniugationibus attendendæ ſunt poſitiones: tempora
& ſyllabæ nouiſſimæ:quæ iis.n.fere regulis colliguntur.primæ cōiuga
tiōis nouiſſima ſyllaba ſimilis ē oībus cōiugationibus. Omnes.n.coniu
gationes quæ in o lr̄am finiuntur dichronæ ſunt. ut cāto.moneo dico.
ſed poſitionibus diſcrepant. nam ſecunda poſitio primæ & ſecundæ
coniugationis longa ut ſit neceſſe eſt.ut cantas. clamas.mones. ſedes.
hæ.n.nouiſſimæ ꝓducunt̄.In infinitiuo mō.Dicimus.n.cantař monere
clamař ſedeř.Imperatiuꝰ quoqꝫ modꝰ cōiugationū ſupradictaꝝ ſyllaba
nouiſſima lōgꝰ ē.ꝑpaqꝫ ſyllaba ipa ꝓducit̄ i infinitiuo. In tercia aūt ꝯiu
gatione correpta ſecundæ poſitiones breues ſunt:quia in infinitiuo mō

Verboꝝ formula in ſyllabis

Perſona ſecunda Imperatiuꝰ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

produci n on poſſunt. Dicimus. n. legis legere: ducis ducere. In Impati
uo quoq; eædem ſyllabæ nouiſſimæ breues ſunt: quia non producunt
infinitiuo: ut legere: ducere: ſcribere: & oĩo q̄ ſyllabe mutantur breues
ſunt. Mntantur aũt ſic: ut legis lege legere: dicis dice dicere. ſcribis ſcri
be ſcribere. Tertia longa quæ dicitur. ſimilis eſt primæ coniugatiõi &
ſecũdæ: ppea q; quẽadmodum infinitiuus producit in illis medias ſyl
labas: ſic & in hac: quapropter finire dicimus tertia coniugatio eſt. & iõ
longa finire dicimus infinitiuo ideſt producta ſic: ut audis audire: & rur

Faxis
Faxitis
Adſis
Adſitis
Velis
Velitis
Audiretis
Clamaſſetis
Infinitiuo
rũ quãtitas

ſus faxis: adſis: uelis. Nã is nouiſſima ſyllaba ideo longa eſt: quia plura
lis numerus eam producit. Dicimus. n. producta media ſyllaba faxitis:
adſitis: uelitis. Quæ aũt produci media in plurari numero nõ poſſunt
breuia ſunt. ut dicis dicitis: legis legitis. Nã illa longa ſunt. audis finis.
quia producuntur in plurari numero auditis finitis. oẽs in uerbis nouiſ
ſimæ ſyllabæ q̄ ſunt huiuſmodi. res aut ſes. lõgæ ſunt. quia pducit eas
numer⁹ pluralis. ut audires audiretis. clamaſſes. clamaſſetis. oẽs ĩfinitiui
q ſyllaba re terminant: breues ſunt. ut clamare monere dicer finire. oẽs
In uerbis ſyllabæ q̄ eiuſmodi ſunt ut in tis exeant breues ſunt. ut clama
ſtis dixiſtis. feciſtis. Infinitiui aũt oẽs paſſiuorũ & comuniũ & deponen
tiũ uerbo(rum): quoniã in. i. exeunt longi ſunt. ut clamari: moneri: dici: fini
ri. Et quicqd in. I. ĩ uerborũ declinatiõe exierit lõgũ ẽ. clamaui monui

Syllabæ uer
borũ priæ
quõ inueniã
tur.

dixi. finiui. hæc de nouiſſimis ſyllabis dicta ſũt. De primis aũt inueniẽ
dis hoc erit uidendũ. omnes igit coniugationes: excepta ſimplici tercia
hoc eſt longa In aliquibus uerbis primas ſyllabas temporum ratione p
mutant. Nam quæ in præſenti tpre breuia ſunt: in oĩ preterito pfecto:
uel in omni preterito pluſq̄ pfecto uel in uno futuro modi tantũ coniũ

Coniugatio
prima.

ctiui: producunt. In reliquis aũt modis: & temporibus breuiant. Ergo
cõiugatio prima tempore preſenti corripit. ut lauo. preterito pfecto uel
pluſq̄ pfecto: uel coniunctiuo futuro producitur. ut laui lauerã lauero.
Secunda ſimiliter preſenti tẽpor corripit: ut moueo: pterito pfecto uel
pluſq̄ perfecto uel coniunctiuo futuro producitur: ut moui moueram

Odio

mouero. Tertia correpta ſimiliter corripitur. ut odio preterito perfecto
uel pluſq̄ perfecto: uel coiunctiuo futuro producitur ut odi. ram. ro.
Infinitiuus autem modus ſimiliter In aliquibus uerbis tempore preſen
ti corripitur. ut mouere: legere. Tempore preterito uel futuro produ
citur. ut mouiſſe motum ire. legiſſe lectum ire. Sed ſunt plurima uer
ba quæ nunquam temporum uarietate mutantur hoc modo. Eſt igitur

coniugatio prima ſemper correpta. ut uoco: ſemper producta. ut mu
nero. Eſt ſimiliter & ſecunda ſemper correpta. ut doleo. ſemper pro
ducta ut uideo. Eſt æq; tercia ſemper correpta: ut tero. Item ſemper p
ducta. ut munio. Sunt etiã aliqua ſimiliter pticipia quæ in primis ſylla
bis tempo(rum) uarietate mutantur. ut q̄ in præſenti tempore breuia ſunt: ĩ
præterito uel in futuro nõ quidem natura: ſed poſitione producta fiunt
ut legens lectus lecturus.

## De Triſyllabis.

Verba quan
ta ſint in tri
ſyllabis

De triſyllabis nũc dicendum eſt quæ ſic uariãtur: quõ & diſyllaba. hoc
uno diſtãt. quod in indicatiuo mõ ſpẽ impfecta ĩ primis ſyllabis: breuia
ſunt. ut legebam ueniebã. nam in diſyllabis hac ipſa perfecta ſpẽ lõga
ſunt. ut ibam nabam. ſed ex hac rõe primas ſyllabas rite cognoſcimus.
ut præpoſitionẽ illi uerbo addamus: cuius primã ſyllabã cuius naturæ
ſit q̄rim⁹. quom ergo addiderimus uerbo p̄poſitionẽ ſciamus quomo
do id conſuetudo pronunciet. cuius rei exemplum hoc ẽ. dico dicas di
cat ab eo quod eſt dicar. addamus illi prepoſitionem de: & faciamus de
dico. Videamus quomodo conſuetudo pronunciat. producta media an
correpta. utiq; correpta. ut dedico. & ſi[c] inueniemus & longas. ut cla
mo addamus illi prepoſitionem. In. ut fi[a]t inclamo producta media di
cimus nõ correpta. Item ſunt nomia quibus præpoſitio addi nõ poteſt.
ut halitus faciamus. ex iis uerbũ erit halo. huic addamus præpoſitionẽ:
fiet exhalo media ſyllaba producta pronunciamus. ibi apparebit qualis
etiam ſit halitus: in prima Syllaba. medias ergo ſyllabas cõiugationes
docent. Extremas uero uerbi ipſius declinatiões. primas autẽ docent
exempla. uel illæ quas dixi præpoſitiones. Hec prudenti ſatis ſunt iſq;
exemplis omnia impromtu habebit.

Rhetoricam autem eloquentiam ideſt uerum: noſce nõ poterit niſi qui
ad eam hoc ueſtigio uenerit. primũ ut diſcat quot ſint metrornm pedes
deinde: qd ſit natura ſyllabarũ. In uerbis quod hic docuimus. Tum qd
ſit colon: quid cõma: deinde quid ſit periodus: quid numerus: quid ora
tiões ſolute: quid ſit numeroſum. quæ ſint preterea tres primæ figuræ
dicẽdi. Magna: temperata: ſubtilis. poſtremo quæ ſint figuræ uerbo(rum):
quæ ſententiarũ. his completis Ciceronis Rhetorica omniaq; eius le
gere incipiat. Item totam Rhetoricam ſeq; quotidiæ exerceat.

Victorinus Finit.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*Vox quid* / *Vox articulata* / *Vox cōfuſa*

VOX EST Aer ictus ſenſibilis auditu quantum in ipſo eſt.
Omnis uox aut articulata eſt: aut confuſa. Articulata eſt q̄
litteris comprehendi poteſt. Confuſa eſt quæ ſcribi non po
teſt.

*Littera quid* / *Vocales* / *I.&.u.tranſeunt in conſonātiū poteſtatem* / *V quādo liqueſcit* / *Digāos qd.*

Littera ē pars minima uocis articulatæ. litteræ aliæ ſunt uocales aliæ cō
ſonantes. Conſonantium alie ſunt ſemiuocales alie mutæ. Vocales ſunt
quæ per ſe proferūtur: & per ſe ſyllabam faciunt. Sunt aūt numero qn
q̧.a.e.i.o.u. haꝝ duæ.i.&.u. tranſeunt plærūq̧ in conſonantium pote
ſtatem. Cum aut ipſe inter ſe geminantur: aut cum aliis uocalibus iun
guntur. Vt Iuno Vates. Hæc etiam mediæ dicuntur: quia in quibuſdā
dictionibus expreſſum ſuum ſonum nō habēt. I. ut uir. u. ut optumus.
Extra quam formam. u. littera interdum nec uocalis nec conſonans ha
betur: Cum inter. q. litteram conſonantem & aliquam uocalem conſti
tuitur: Vt quoniam quidem. Huic item digamon aſcribi ſolet. cum ſi
bi ipſa preponitur ut ſeruus. uulgus. Nam. i. litteram geminari In una
ſyllaba poſſe plurimi negant.

*Vocales omnes dichrōæ* / *Aſpirari uocalib⁹ & nō uocales* / *Sēiuocales* / *Liquidæ* / *S. uim conſonātis amittit.* / *Mutæ quæ* / *K.* / *Q.* / *H.* / *Y.Z.* / *Litteræ latinæ quot* / *Lr̄æ quot accidant*

Latinæ. omnes uocales & produci & corripi poſſunt. atq̧ his ſolis aſpi
rari quidam exiſtimant. Semiuocales ſunt quæ per ſe proferuntur & p̄
ſe ſyllabam nō faciūt: ſunt autem numero ſeptem. f. l. m. n. r. ſ. x. Ex his
una duplex eſt. x. Et liquidæ quatuor. l. m. n. r. ex quibus. l. & . r. faciunt
comunem ſyllabam: &. ſ. littera cuiuſdam ſuæ poteſtatis eſt. quæ in me
tro plerūq̧ uim conſonantium amittit. Item ex illis. ſ. littera ſupponun
tur liquidis. l. uel. r. quēadmodum muta quælibet præponitur. & cōmu
nem ſyllabā facit. Mutæ ſunt quæ nec per ſe proferūtur: nec per ſe ſyl
labam faciunt. Sunt aūt numero nouem. b. c. d. g. h. κ. q. p. t. Ex his ſup
uacuæ quibuſdam uidētur. K. & . Q. qui neſciūt quoties. a. ſequit̄. K.
litteram preponēdam eſſe. quoties. u. ſequitur per. q. non per. c. ſcribē
dum eſt. quod. n. inter. q. & alteram conſonātem ſine altera uocali poni
non poteſt. H. interdum conſonans interdum aſpirationis notacredit̄.
Y. & . Z. remanēt quas litteras propter greca nomina aſſumpſimus. Al
tera nāq̧ uocalis altera conſonans ē duplex. Vnde fit ut quidam putāt
latinas lr̄as non plures eſſe quam decem & ſeptem. ſi quidem ex uiginti
& tribus. Vna aſpiratiōis nota ē. h. Vna duplex eſt. x. Due ſuperuacuæ
K. & . q. Due grecæ. y. & . z. Accidunt unicuiq̧ litteræ: tria nomen. figu
ra poteſtas. quærit̄ eni quid uocetur littera: qua figura ſit: quid poſſit.

## De Syllaba

*Syllaba qd.* / *Syllabæ breues.* / *Syllabæ lōgæ.* / *Poſitio*

Syllaba ē cōprehēſio lr̄arū: uel unius uocalis enunciatio: tēporū capax.
Syllabarū aliæ ſunt breues aliæ lōgæ. Aliæ cōmunes. Breues ſunt quæ
& correptam uocalem habent: & nō deſinunt in duas conſonantes. aut
unam duplicem. aut in aliqd quod ſit ꝓ duabus conſonātibus. lōgæ aut
natura ſunt aut poſitione fiunt. Natura cum aut uocalis ꝓducitur ut. a.
e. o. aut duæ uocales iungūtur & diphthōgum faciūt Vt &. au: & eu ei.
poſitiōe cum correpta uocalis aut in duas deſinit cōſonantes ut arma.
arcus. aut in unam duplicem ut axis. aut in alteram conſonantem. & alte
ram uocalē loco cōſonantis poſitam. ut aut iuno aut uenus. aut in. i. litte
ram ſolam loco cōſonantis poſitam. quam nōnulli geminant. ut Aio te
æacide romanos uincere poſſe. Sunt etiam ſyllabe quæ comunes dicū
tur. cum aut correptam uocalem duæ cōſonantes ſequūtur. quaꝝ prior
aut muta quæpiam eſt. aut. ſ. ſemiuocalis & ſequēs liqda: aut correpta:
uocalis in unā deſinit conſonātē. ut uaſto cyclopes in antro. & uaſtoſq̧
ab rupe cyclopas. ſequente H. quæ pleriſq̧ aſpiratōis uidetur nota. aut
cum correptam uocalē duæ cōſonātes ſequūtur. quarū prior. ſ. lr̄a eſt.
aut cum partem orationis terminat breuis ſyllaba: quæ in unam deſinit
conſonantē. aut ꝑs orationis deſinit in longam quæ diphthongus appel
latur. ſequente ſtatim uocali: aut cum ꝓducta uocalis eſt uocali altera
ſequente. aut cum pronomē. C. littera termiatum uocalis ſtatim ſubſeq
tur. aut cum correptā uocalem ſuſcipit. z. græca duplex. Longa ſyllaba
duo tēpora habet. breuis unū. ſyllaba apud metricos: ſemipes noīatur.

*Syllabarum tēpora.* / *Semipes*

## De pedibus.

*Pes qūid* / *Pedes quot & qui*

PES eſt ſyllabarum & temporū certa dinumeratio. Accidunt unicuiq̧
pedi arſis & theſis. numerus ſyllabarū temp⁹ reſolutio. figura metrum.
pedes dyſſilabi ſunt quatuor. Triſyllabi octo duplices. Ergo diſſyllabi
quatuor: hi ſunt. pirrichius ex duabus breuib⁹. temporū duū ut fuuga.
huic contrarius eſt ſponde⁹ ex duabus longis tempoꝝ quatuor ut æſtas:
iambus ex breui & longa tempoꝝ trium. ut parens huic cōtrarius ē tro
chæus ex lōga & breui Vt meta: Triſyllabi octo hi ſunt. Tribrachus ex
tribus breuib⁹ temporū trium. ut macula: huic contrarius eſt moloſſus
ex tribus longis temporū ſex ut ænæas. Anapeſtus ex duabus breuibus
& longa temporū quatuor. Vt oratio: huic cōtrarius eſt dactylus ex lō
ga & duabus breuibus temporum quatuor ut mænalus. Amphibra

chys ex breui & longa & breui temporum quatuor ut carina. huic con
trarius eſt amphimacrus ex longa & breui & lōga temporum quinq; ut
inſulæ. bacchius ex breui & duabus longis temporū quinq; ut achates
huic contrarius eſt Antibacchius. uel palimbacchius ex duabus longis
& breui temporum quinq; ut natura. Duplices ſedecim. hi ſunt. proce
leumaticus ex quatuor breuibꝰ temporum quatuor. ut auicula. huic cō
trarius eſt diſpondæus ex quatuor longis temporum octo ut oratores.
Diambus ex duobus iābis temporū ſex. ut ꝓpinquitas. huic contrarius
ditrochæus ex duobus trochæis. temporū ſex ut cantilena. Antipaſtus
ex breui & duabus longis: & breui. temporum ſex. ut ſoloninus. huic cō
trarius eſt ex longa & duabus breuibus & longa temporum ſex: ut armi
potens. Ionicus minor ex duabus breuibus & duabus longis temporū
ſex. ut diomedes. huic cōtrarius eſt Ionicus maior ex duabus longis &
duabus breuibus temporū ſex. ut Iunonius. Peon primus ex prima lon
ga & tribus breuibus temporum quinq;: ut legitimus Peon ſecundus ex
ſecunda lōga & tribus breuibus temporum quinq; ut colonia. Peon ter
tius ex tertia longa & tribus breuibus temporum quinq; ut menedemꝰ.
Peon quartꝰ ex quarta longa & tribus breuibus temporum quinq;: ut
Epitriti — celeritas. his contrarii ſunt quatuor epitriti. Epitritus primus ex pria
breui & tribus longis temporū ſeptē ut ſacerdotes. Epitritus ſecundus
ex ſecunda breui & tribus longis tempoꝝ ſeptem: ut conditores. Epitri
tus tertius ex tertia breui & tribus lōgis tempoꝝ ſeptem ut Demoſthe
nes. Epitritus quartus ex quarta breui & tribus longis tempoꝝ ſeptem
ut Feſcēnius. Exhinc deinceps alii pedes Syzygiæ naſcuntur: nā quem
admodum pedes quatuor geminati ſedecim duplices faciunt: ita iidem
cū triſyllabis iuncti triginta & duo de ſe reddunt. Triſyllabi uero cum
triſyllabis geminati ſexaginta & quatuor colliguntur. atq; excepto Am
phibracho & epitrito quem metrici informem & inconditum iudicant.
quorum alterum tripla alterū epitrita diuiſione partimur. Vniuerſorū
pedū trina cōditio repperitur. In aliis. n. æqua diuiſio eſt in aliis dupla
in aliis ſexcupla & prima dactylica. Secūda Iambica. Tertia pœonica
nominatur. Sunt in unoquoq; metro pedes legitimi ſunt nothi. ſim
plices pedes non amplius q̃ ternas ſyllabas. duplices non amplius q̃ ſe
nas habent. Tonos alii accentus: alii tenores nominant. Toni igitur
ſunt tres: acutus: grauis. circūflexus. acutus: cum in græcis dictioni
bus tria loca teneat. Vltimum: penultimum: & antepenultimum. apud

Rhemnius Fannius in opuſculo de ponderibus iiī teſtimonium citat.

latinos penultimū & antepenultimū tenet ultimū nunq̃. Circūflexꝰ aūt
quotlibet ſyllabaꝝ ſic dictō nō tenebit niſi penultimū locū Grauis po
ni in eadē dictōe uel cū acuto uel cū circūflexo pōt. hoc illi nō ē comūe
cum cæteris. Ergo monoſyllaba quæ correpta uocalem habebunt. acu
to accentu ꝓnuntiabimꝰ. ut pix pax nix nux. Quæ productam uocalē
habebunt circūflexo accentu pronuntiabimus. ut res dos pes in diſſyl
labis quæ priorem productam habuerint & poſteriorem correptam.
priorem ſyllabam circūflectemꝰ ut meta creta. ubi uel ambæ productæ
uel poſterior ſyllaba producta fuerit uel ambe correptæ acuemus prio
rem ſyllabam ſiue correpta fuerit ſiue ꝓducta: ut leges reges nepos bo
nus. In triſyllabis & tetraſſyllabis & deinceps ſi penultima correpta
fuerit accuemus antepenultimam ut tullus hoſtilius. ſi pēultima poſitio
ne longa fuerit ipſa acuetur & antepenultima accentu graui pronuncia
bitur ut Catellus & metellus: Ita tamen ſi poſitione longa non ex muta
& liquida fuerit nam mutabit accentū ut latebræ tenebræ. ſi ultima bre
uis fuerit penultima uero natura longa. Penultima circūflectetur ut ce
thegus peroſus ſi ultima quoq; nā fuerit lōga penultima acuetur ut athe
næ micenæ. In cōpoſitis dictionibus unus accentus eſt non minus q̃ in
una parte orationis ut maleſanus interealoci. Accentus integris dictio
nibus obſeruatur. In interiectionibus & in peregrinis uerbis & in bar
baris nominibus nulli certi ſunt Accentuū legem uel diſtinguendi uel
pronuntiandi ratio uel diſcernēdæ ambiguitatis ſæpe neceſſitas contur
bat Sane græca uerba græcis accentibꝰ melius efferimus in latinis neq;
acutus accentus In ultima ſyllaba poni poteſt niſi diſcretionis cauſa ut
in adnerbio pone Ideo ne ut uerbum putetur modi imperatiui neq; cir
cūflexus niſi in ea particula quæ eſt ergo: Acutus accentus eſt nota per
obliquum aſcendens in dexteram partem Grauis eſt nota a ſummo
in dexteram deſcendēs Circūflexus nota de acuto: & graui facta
Lōgus linea a ſiniſtra in dexteram partem equaliter ducta Breuis uir
gula ſimiliter iacēs. ſed panda & cōtractior Hyphen uirgula ſubiecta
uerſui hac nota ſubterpoſita duo uerba cū ita res exigit copulamus ut
antetulit greſſum & Turnus & anteuola tardum: preceſſerat agmen.
huic contraria eſt diaſtole dextera pars quædā circuli ad unam litte Ns ar ū
ram appoſita hac nota male coherētia diſcernūtur ut Ereptæ uirginis
ira & uiridiq; in littore conſpicitur ſus. Apoſtrophus circuli item pars
dextera ſed ad ſummā litteram appoſita hac nota eſſe oſtendimus parti

orationis ultimam uocalē cuius conſonans remanet ut. Tanton me crimine dignum duxiſti? Cæterum daſian & pſilen. apud latinos H uocali addita uel detracta ſignificat.

## De poſituris uel diſtinctionibus.

Tres ſunt poſituræ uel diſtinctiones quas theſis græci uocāt: Diſtictio ſubdiſtinctio. media diſtictio. Diſtinctio eſt ubi finitur plena ſententia: huius punctum ad ſummam litteram ponimus. ſubdiſtictio eſt ubi non multum ſupereſt de ſententia quod tamē neceſſario ſeperatim mox inferendum ſit. huius punctum ad imam litteram ponimus. Media ē ubi fere tantum de ſententia ſupereſt quantum iam diximus. Cum tamen reſpirandum. huius punctum ad mediam litteram ponimus In lectiōe tota ſentētia periodus dicitur. Cuius ptes ſunt cola & comata &c.

Finis

## Valentinus Catus Lectori.

Ne cui pariat admirationem: ꝙ Marium Seruium non Maurum: ſicut omnes alii: Ianus inſcripſerit: illud admonitum te uolo: ſic habere codices antiquiſſimos unde libellus hic emanauit. Vale.

## Marius Seruius Ad Albinum De naturis ultimarum.

u Ltimarum Syllabarum naturas: ſicuti propoſueram breuiter lucideq; digeſſi: in qua re mea audacia tuo defenditur imperio. Nam hoc opus arduum dum ueluti facile: ac per ſe patens multi reliquerunt: difficilius reddiderunt: quanq̄ rationem litteræ & ſyllabæ in Donati artibus habeamus: tamen breuiandi cauſa aliqua ex his decerpſimus: quæ ad ſcientiam metrorum proficere credimus. Vale.

## DE primis ſyllabis.



Primæ ſyllabæ quot modis cognoſcantur

i Gitur primas ſyllabas omnium partium orationis duobus modis conſiderabimus. Natura & poſitione. Natura tripartita eſt. nam aut diphthōgo ſyllaba longa eſſe cognoſcitur: ut ae oe. au. eu ei. aut exemplo. quæritur. n. utrum ſit ſyllaba longa an breuis. Vt muſa mihi cauſas memora. aut cōpoſitione figuræ ut ſi neſcias qualis ſit: pius ex compoſitione quod eſt impius qualis ſit pi. cognoſcitur licet in aliquantis hoc fallat. nam cum dicimus nubere. nu. longa eſt. Item cū dicimus innuba aut pronuba ſit breuis. nu. in cōpoſtione: ſed hoc inueniri raro contingit:

Nubere
Innuba
Pronuba

Poſitio quæ

Poſitio eſt cum uocalem correptam aut duæ conſonantes ſequūtur: ut arma: Aut Vnaquæuis duplex: ut axis: uel mezētius uel maior: aut altera conſonans & altera uocalis loco conſonantis poſita: ut at iuno: at uenus.

Verum ſi quælibet pars orationis præpoſitionibus componetur ex his primas ſyllabas cognoſcimus. Nam talis manebit fere omnis compoſita ſyllaba qualis & ipſa præpoſitio fuerit: ut ineptus: Item ex ipſis præpoſitionibus ad & ob & in & ſub diuerſæ in uerbis ponuntur: nam corripiuntur cum creſcendo diſyllabum reddunt. ut adit obit Init ſubit In differenter ſunt cum triſyllabum faciunt ut adicit: obicit: Inicit ſubicit: producuntur tantuūmodo cum tetraſyllabum ex ſe reddunt ut adiicio obiicio iniicio ſubiicio. Item quæ per quæ & præ in primis ſyllabis ſcribuntur plærunque producuntur: excepto precium premo preces & queror hoc eſt querelam depono. & quæ ex his per deriuationem aut declinationem fieri poſſunt & quæ coniunctione.

Ad
Ob
In
Sub
Obicio
Obiicio
Que
Pre

Item contra breuiantur ex hiſdem præpoſitionibus in compoſitionibus de & pro ut dehinc deinde profectus profeſſus profuſus profatus proauus pronepos & cætera.

De
Pro

Cum quidem aliquanta uerba quæ primas ſyllabas temporum ratione permutant quæ ſubter collata in omni præterito perfecto & in omni præterito pluſquam perfecto & in uno futuro modi tantum coniunctiui producuntur: in cæteris autem modis & temporibus breuiantur ut ſunt hæc lego legi legeram legero: Faueo faui faueram fauero: Sedeo ſedi: ſederam: ſedero: uenio: ueni: ueneram: uenero: Fugio: fugi: fugeram: fugero: Fodio: fodi: foderam: fodero: Video: uidi: uideram: uidero: Voueo: uoui: uoueram: uouero: foueo: foui: foueram: fouero: Iuuo: iuui: iuueram iuuero: ago: egi: egeram: egero: Emo: emi: emeram: emero: Lauo

Verba quæ in præſenti correpta p̄teritum producunt.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lauí:lauerain:lauero: Odio: odi: oderam:odero: Eo:iui:iueram: iuero:
Queo:quiui :quiueram:quiuero:Sino:ſini:ſineram:ſinero:Sero:ſeui:
ſeueram:ſeuero:Caueo:caui:caueram:cauero:Item contra inueniuntur
quæ in præſenti tempore producta ſunt : & in præterito breuiantur :
ut ſunt hæc :pono poſui : cogo coegi. Do dedi : ſto ſteti. Item omnia
uerba quæ in præterito ante creſcunt in primis ſyllabis breuiantur :
ut pendo pependi:tondeo totondi:poſco popoſci:curro cucurri.

Verba in pͥ/ſenti longa. In præteri/to breuia

De Mediis ſyllabis.

Mediæ ſyl/labæ qui b⁹ modis agno/ſcantur.

m Edias ſyllabas tribus modis agnoſcimus : poſitione & diph/
thongis : & Accentu : Sed de poſitione & de diphthongis ſu
pra tractauimus . Accentus autem eſt quaſi adcantus dictus:
quod ad cantilenam uocis nos facit agnoſcere ſyllabas. Quot uocis ac/
centus? duo ſunt adeo quæ tractamus neceſſarii:correptus & product⁹
Correptus eſt : quotiens ſine ulla mora uocis medias ſyllabas enuncia
mus ut macula tabula.
Productus eſt Quotiens medias ſyllabas cum aliqua mora uocis expri
mimus ut fortuna natura.

Accẽtus qd & unde.

Accent⁹ cor reptus

Accentus ꝓductus.

Sciendum eſt tamen quia illa quæ in uerbis. I. correpta proferuntur cũ
in medium inuenerint & ipſum. I. in. e. mutauerint ut legis lege legero
ubiq; breuiantur: Excepto cum a tribus excipiuntur conſonantibus. B.
&. M. &. T. ut legebam legemus legentur. cætera melius accentibus col
liguntur qui accentus in triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps conſide/
randus eſt:ut ſi quæratur amiciſſimorum quibus ſyllabis conſtet & dici
mus primam breuem:exemplo. ut nimium dilexit amicum : ſecundam
cum longo accentu inuenimus: Tertiam poſitione longam : Quartam
breuem accentu quia cum dicimus amiciſſimus penultimam cum bre/
ui accentu inuẽimus. Quintam longam accentu ultima uero qualis ſit
per ſingulas partes orationis demonſtrabunt rationes ſubiectæ .

De Nomine & prius
De nominatiuo.

n Ominatiuus ſingularis has habet breues. A. ut muſa. E. ut
ſedile. O. ut uirgo. V. ut cornu. El. ut mel. IL. ut pugil. VL
ut cõſul. M. ut tectũ: N. ut carmẽ. Ir. ut uir. Or. ut doctor.
T. ut caput: ex his producuntur in græcis. E. ut euterpe. O ut dido. en.
ut lien: ſiren. Il. uno etruſco ut Tanaquil: hæc ſunt item quæ producun
tur. I. ut frugi. ol. ut ſol an ut titan. On. ut memnon. in. ut delphin: as ut
facultas. C. ut alec. Sed as finitus nominatiuus in græcis tunc breuiatur
cum genitiuus dos habet. arcas arcados pallas pallados. Er autẽ in græ
cis producitur ut æther aer: Item hæc ſunt quæ in monoſyllabis pro/
ducũtur in diſyllabis hæc & triſyllabis & tetraſyllabis & in cæteris po/
lyſyllabis corripiũt. monoſyllaba ut far diſyllaba ut cæſar :er monoſyl
laba ut uer: diſyllaba ut pater: ur monoſyllaba ut fur diſyllaba ut mur
mur: Is monoſyllaba ut glis: diſyllaba ut fortis. al monoſyllaba ut ſal:
triſyllaba ut animal : Item hæc ſunt quæ uarie nominatiuum faciunt &
quæ ſibi a genitiuo ſuo regulam ſumunt es. os. us . Nam es ſyllaba no/
mina quando finit modis .v. producitur duobus his corripitur . Tunc
ergo producitur: cum aut nomẽ quintæ fuerit decliationis ut dies ei. Itẽ
producitur cum totidem ſyllabas habuerit genitiuus quot & nomina/
tiuus ut proles prolis: tertio loco producitur cum ſyllabam creſcens &
productam habuerit in medio ut merces mercedis: quarto loco produ/
citur cum monoſyllabis ducta: ut pes bipes ſonipes: Quinto loco pro
ducitur cũ. i. ante es in finẽ habuerit ut abies aries paries quies. duobus
his modis corripitur cum aut. e. mediam breuem in genitiuo habuerit
ut ſeges tis: aut cum E in I mutauerit: ut miles militis. Os igiẽ monoſyl
laba ſi ora ſignificet producitur ut os oris ſi oſſa ſignificet breuiatur ut
os oſſis : quæ tamen os ſyllaba cum in diſyllabis uel in triſyllabis inue
nit & media ſyllaba genitiui natura producta permanſerit tum longa
erit: ut nepos nepotis ſiue correpta fuerit aut diphthõgum in ου. geniti
uo græco habuerit breuiatur ut Compos compotis delos delου. Vs. ue
ro cum in genitiuo creſcentem longa permanſerit producitur ut uirtus
uirtutis tellus telluris. excepto palus ꝙ in genitiuo distermiatur : ut pa
lus. dis. inde eſt ſteriliſque diu palus aptaque remis. ſi uero in genitiuo
creſcẽte correpta quia mutata permanſerit aut non creuerit breuiantur
ut pectus pectoris :uulgus uulgi.
Genitiuus & datiuus & ablatiuus producuntur. ſed genitiuus cum aut

Ntũs ſingu/laris in ſylla/ba.

Es terminã/tia quanta

Os in ſylla/ba

Compos
Delos
Palus

Fame
Palladi

Os in fine ſecundum græcos habuerit : aut tertiæ fuerit declinationis
cum ablatiuo ſuo E tantum littera terminato breuiatur excepto uno
quod producitur ut ab hac fame quia ueteres huius famei non huius fa
mis declinabant:ſed datiuus in græcis.I.terminatus breuiatur.ut palla
di.Accuſatiuus in latinis breuis eſt ſemper: in græcis tantum tunc bre
uis eſt cū.A.uel on terminaẗ ut theſea:quia ſcribiẗ ꝑ omicrō delon alias
longus.Vocatiuus quoq; in latinis breuis eſt excepto cū.I. terminaẗ ut
mercuri in græcis corripitur : ut alexi qui etiam dum ſimilis fuerit no
minatiuo : nominatiui regulam ſequitur : ut hæc paupertas : & o pau
pertas.in maſculinis græcis tantum producitur ut ænea :ſed etiam.E.
finitus in græcis tantum breuiatur cum eius nominatiuus os fuerit ter
minatus ut phœbos phœbe :

Nominatiuus & accuſatiuus & uocatiuus plurales maſculino & fœmi
nino genere producūtur:corripiuntur in neutro. Cōtra hæc ſunt greca
nomina quæ dum āte .S.ultimam.A.aut.E. habuerint & a genitiuo ſin
gulari dos terminato uenerint: Tunc tantum in maſculino & fœminino
breuiantur ut huius Arcados.hii Arcades.hos arcadas. alias longi ſunt.
Genitiuus pluralis ſemper breuis eſt in latinis.in græcis uero produci
tur:ut leſboon : Datiuus & ablatiuus plurales ſi is terminantur longi
ſunt ut doctis:ſi bus.breues ſunt ut agilibus:Aut ſi græca ſit declinatio
in terminatus datiuus corripitur ut Arcaſin:In hac regula nomina:pro
nomina:participia continentur : ſed pronominis declinatio in eo tan
tum differt quod in monoſyllabis quæ uocalibus termināṫur ut me:aut
uocalibus conſtant ut.O.in quolibet caſu producuntur : ſed genitiuus
cum us finitur breuiatur:ut illius . Datiuus uero ſicut in nomine ſemp
longus eſt excepto mihi tibi ſibi quæ ĩdifferenter pōi poſſunt. ſic reliq
quoq; caſus regulam ſumunt ex nomine.

De uerbis.

I i N omnibus uerbis:modis:temporibus:numeris:pſonis:cō
iugationibus:breuiātur.M.ut docebam.R.ut legebar.T.
ut faceret.us.ut nutriremus.E.uero,littera uerba termina
ta breuiantur ut lege.ſed imperatiui modi ſecunda tantum perſona a ſe
cunda quoque coniugatione tantum producitur ut doce.Es autem bre
uiatur ut ſum es.& cætera quæ ex his componi poſſunt: ut adſum ades
poſſum potes . in aliis producitur: ut doces:Is.item in ſecunda pſona

indicatiui modi tunc tantum producitur cum a tertia coniugatione pro
ducta uenerit:ut nutrio.is.& uolo uis.Alias breuiatur.producuntur au
tē.A.ut ama.I.ut nutri.V.ut lectu.as.ut uocas.es.ut legeres.c. ut fac.

Fac in ſylla
ba.

De aduerbiis.

I i N omnibus aduerbiis breuiātur.el.ut ſemel.Er : ut pariter.
M.ut tam. N.uero excepto non & en ubiq; breuiantur . ut
forſitan:E.dum finiuntur aduerbia illa producuntur quæ
ex nomine ueniunt.& comparationis gradus recipiunt . ut docte docti
us:doctiſſime. Q uæ autem a ſe naſcuntur:ut ſæpe:aut non comparan
tur ut rite.aut in comparatione deficiunt ut bene male breuiantur.I. fi
nita præter quaſi : & ibi & ubi producuntur ut heri:O. ſicut in omnib⁹
partibus orationis indifferenter ponitur . ut falſo.S. dum ante eam.A.
habuerit producitur ut alias : Aliter breuiaẗ ut magis:producūtur aūt
A.ut una.V.ut noctu.C.ut illuc.Aduerbia autem monoſyllaba produ
cenda ſunt ut huc uel quæ ex his fiunt:ut illuc.excep is bis & ter.

DE coniunctionibus.

O o Mnes fere coniunctiones corripiuntur : ſed quæ. A.&.I.
terminantur producuntur excepto : ita : quia : & niſi item
quæ in.N. deſinūt ſi ante eā.L.habuerint ꝓducunẗ ut ſin.

De præpoſitionibus .

A a Ccuſatiuæ præpoſitiōes abſq; his quæ in.A. exeunt & una
monoſyllaba cis breuiantur:Ablatiuæ uero illæ monoſylla
bæ longæ ſunt quæ aut uocalibus conſtant ut.A. aut uocali
bus terminantur ut de : Sed utriuſq; caſus ꝑpoſitiones oēs breues eſſe
non dubium eſt.re autem ubiq; breuiatur ut remitto. excepto cū refert
diſtat ſignificat ut eſt illud Vir.Nec mutari pabula refert .& uno uerbo
reicio:ut Reice ne maculis infuſcēt uellera pullis naſcentum.

De interiectionibus.

O o Mnes interiectiones ſi monoſyllabæ fuerint producuntur.
ut heu. cæteræ uero exemplis ſimilium ptium orationis exi
ſtimandæ ſunt.ut pape: Hæc in omnibus ptibus obſeruan
da ſunt exceptis quæ aut diphthongo.Aut poſitione longæ ſunt.

Explicit.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lr̃a unde

LIttera dicta eſt quaſi legitera : Eo quod legentibus iter
ad legendum oſtendit.uel eo ꝙ ſcripta deleri poſſit.Ideo
dixit litteram partem minimam eſſe uocis articulatæ :
quod cum omnis oratio ſoluatur in uerba:Verba denuo
ſoluantur in ſyllabas:Rurſum ſyllabæ ſoluantur in litte
ras: littera ſola non habet a quo ſoluatur.ideo a philoſofis atomos dici-

Lr̃æ quot & quæ

tur.Omnes igitur litteræ ſunt.xxiii. quarum iſta prima diuiſio eſt in uo
cales & conſonantes.Ex conſonantibus autem ſubdiuiſio iſta procedit.
ideſt ſemiuocales & mutæ.Vocales uero quinque hæ ſunt A E I O V.
Dictæ aũt uocales quod per ſe prolatæ ſunt & ſolæ ſyllabam poſitæ fa
ciant.ut amor.ego.igitur omem.unus . Sanæ duæ.I.&.V.tunc uoca-
les eſſe deſinunt quando uel ſibi:uel cæteris uocalibus præponuntur .
ita ut ſupra ſe nullam aliam litteram habeant:in eadem ſyllaba ubi ipſe

I & V conſonantes

præponuntur.ut Ianus:iecur:iocus:iuno.Item.V.ut uanus:uenus:ui-
ta.uolet.uultus. hæ etiam duæ.I.&.V.interdum ( ut diximus ) in cõ
ſonantium poteſtatem tranſeunt:Interdum expreſſum ſuum ſonum nõ

Vir

habent.I.ut uir.u.ut optumus. non.n. poſſumus dicere uir producta

Optumus

I.nec optumus producta.u.unde etiam mediæ dicuntur.& hoc in co-

I & V mediæ

mune patiuntur inter ſe.& bene dixit Donatus has litteras in quibuſdã
dictionibus expreſſum ſuum ſonum non habere. Nã inuenimus ubi ſo
num explicant ſuum:ut uirus & rumor . V.uero hoc accidit proprium

V uim litterẽ amittit aliqñ

ut interdum nec conſonans ſit nec uocalis habetur . Hoc eſt ut non ſit
littera cum inter.Q .conſonantem & aliquam uocalem ponitur . Nam
conſonans non poteſt eſſe:quia ante ſe alteram conſonantem habeat id
eſt.Q .uocalis eſſe non poteſt : quia ſequitur illam uocalis .ut quare :

Digãmos quid

quia:quomodo.Præterea & hoc proprium.V.habet ut digãmon ſonet
ideſt pingue quidã.cum ſibi ipſa præponitur.ut ſeruus:uulgus. eſt aũt
hæc digãmus dicta græcorũ:eo quod caracter eius ex duab⁹ gãmis fit:
æolenſes enim quibuſdã dictionibus:ut impiguefcant:iſtam digãmon
adponũt : ut pro Helena dicãt Velena. Sed Donat⁹ hic arguit ꝙ apud
græcos digãmus hanc legem habeat : ut detracta nihil obſit nomini ut
ſi de uelena tollamus digamon remanet integrum nomen : ut Helena .
His ergo nominibus ſi detrahatur integrum deperit nomen. ut ſi tolla

mus a uulgus unum.u.remanet ulgus : quod non dicitur .I. uero litte

I geminari non poteſt i una ſyllaba.

ram ideo propterea dixit plurimos negare in una ſyllaba poſſe gemina
ri:quod inueniat iſtius litteræ geminatio in hoc uerbo.ut eo is it. facit.n.
præteritum perfectũ ii. Latinæ omnes uocales dichronas habẽt:quem

Vocales omnes dichronæ

admodum græci tres . A . ε. υ. nam & producuntur & corripiuntur
omnes uocales :ſicut:at amor:egit:erit:itur:irem:omen:opus:unus uti

Aſpirãdi rõ

que:His & aſpirari ſolis quoſdam exiſtimare dixit : ꝙ non ſolum tunc
H.præponitur quotiens uocalis ſequitur ſed etiam aliqua conſonans
præcedens ut thoas:uocalibus uero præponitur ut haſta heros hircus
homo humus.

## De ſemiuocalibus.

Semiuocales quot & unde.

SEmiuocales dictæ : ꝙ ſemis quiddam habeant uocis: & hãc
legem habent ut a uocalibus incohent & in naturalem ſo-
num deſinant.Vt EF EL EM EN ER IX.His ſi detraha
mus uocales : habent tantum uelut quendam ſui leuem ſo-

F ante liquidas ꝑponit̃.

num.Ante liquidas de ſemiuocalibus.F.ſola præponitur : & de mutis
ſex præponuntur.B.C.D.G.P.T.& neceſſario ſublatis quinq; uocali
bus quæ ante liquidas ita præponuntur:ut liquidæ poſtpoſitæ nõn li-
queſcant . ſublatis etiam ipſis liquidis quæ ſibi aut nunqnam præpo-
nuntur:aut ſi præpoſitæ fuerit liquidarum iura deperdunt:ut Mneſthe
us.Sublato etiam.ſ.quæ nunquam liquidæ præponitur. Remotis etiã
X.H.Q .K.V.Z.Remanent etiam hæ ſeptem quæ neceſſario liqui
dæ preponuntur.F.ſemiuocalis & mutæ ſex.B.C.D.G.P.T. ut flos
blandus:Clarus:Gloria : plenus:frigus:bruma : crimen.Druſus Gra-
dus:primus: tritus . Nam ante.L. nunquam inuenimus D . T. uero in

Exãtlauit & nõ exanclauit.

paucis ut exantlauit.quod in Plauto lectum ẽ hoc eſt exhauriuit & Tle
ptolemi ſi quis uocetur.Mutæ ſunt quæ a ſe incipiũt & deſinunt in uo
cales.Mutæ autem dictæ ſunt:quod ſublatis uocalibus nullum habeãt

Mutæ quot & unde.

ſonum.K.uero & Q quæ nonnullis ſuperfluæ uidentur hanc habent
rationem : Vt K tunc præponatur quando eam.A.ſequitur:ſed hoc in

Kalendæ Kartago.

paucis nominibus obſeruat̃.ut Kalendæ Kartago .Q .uero ãtiqui quo
ties.u.ſequebat̃ ꝑponebãt.ꝑſtantius ẽ ut tũc cũ poſt .V. aliqua ex uo
calibus fuerit ſecuta: ꝑponi debeat.ut quando:quædã:quia: quoniam:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Q & iuxta antiquos equus: Alias.n.per.C.non per.Q .ſcribendum eſt:
H aſpiratio nis ſignum — ut Cur & Cum. H uero nonnulli excludendam eſſe putant: quod
magis ꝓ ſigno aſpirationis q̄ pro littera poneretur. Nam quēadmodum
græci Aſpirationis notam hanc habent. Suam daſiam uocatnt: Ad
huius ſimilitudinē & pſiles. nos aſpirationis fecimus notam. H. cuius
ſi medium ſepares: Inuenies notas eſſe græcorum: quæ contra ſe poſi
tæ. H. ( ut diximus ) notam nobis aſpirationis efficiunt.
X — X. quoque ex
cluſione ideo digna uiſa eſt. quod quaſi una conſonans: contra littera-
Y Z — rum gregem duarum conſonantium uim tenere deſiderat. Y. autem &
Z. ideo non numerantur in latinarum numero litterarum: quæ græco
rum nominum cauſa repertæ ſunt. quarum unam uocalem. Y. alteram
duplicem conſonantem. Z. græci eſſe uoluere. Illud præterea aſtute
Conſonantium propria natura — datur nobis intelligi quod cum omnium conſonantium iſta natura ſit:
ut quædam earum ab E incipiant & in ſe deſinant: quædam a ſe incohēt
& in. e. deſinant iſtæ ſolæ reperte ſunt. X. H. K. Q. Y. & Z. quæ nec
ab e inchoant nec in E deſinunt. & poſtremum illud animaduerten-
Lr̄is quot accidant — dum eſt ꝙ unicuique litteræ accidit nomen quo uocatur: & caracter
quo ſignetur: & poteſtas qua intelligatur: an ſit uocalis an conſonans an
ſemiuocalis an muta an liquida.

## De ſyllaba.

Syllaba que & unde — Syllaba dcā ē ex iterpetratōe græca απο του συλλαμβανειν
τα γραμματα eo ꝙ cōplectat̄ & cōglutiet lr̄as unde ī qōnē
illud uēit. quare una uocalis ſyllaba dicitur. Intelligendū ē
tantum ꝙ hoc ſibi non ratione: ſed abuſiue depoſcit. Eſt &
Syllaba longa — ſyllaba tēpoꝝ capax qa aut breuis eſt & unū temp᷒ ſuſcipit aut longa ē
& duo. Omnes igitur ſyllabæ aut longæ ſunt aut breues aut comunes.
Longæ duobus modis fiunt natura & poſitōe: nā aut ſingularum uoca
lium productione ut. A. O. E. Aut diphthongo ut ae. oe. au. eu. ei.
Poſitō quot modis fiat — Poſitione modis q̄tuor fiunt. cum aut correpta uocalis in duas deſinit
conſonantes: ut AMNIS: aut in unam duplicem: ut AXIS: aut in
alteram conſonantem & alteram uocalem loco conſonantis poſitam:
Syllabæ breues — ut AT VENVS VATES: Aut in L poſitam inter duas uocales: ut
POMPEIVS. Breues ille ſunt quæ horum nihil habuerint. Com

munes uero modis nouem fiunt.
Communes ſyllabe quot modis fiant — Primus modus eſt cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequun-
tur quarum prior debet eſſe muta quam liquida ſequitur. Eſt. n. longa
ita. VAſto cyclopes in antro. breuis in hoc VASTOSQVE ab rupe
cyclopes.
Secundus modus eſt: cum correptam uocalē duæ cōſonātes ſequūtur.
Quarum prior ſit. F. ſemiuocalis: & ſequēs liquida. Eſt. n. longa in hoc
TOTO proflabat pectore ſōnum. breuis in hoc. NEVE flagello.
Tertius modus eſt cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequun-
tur. Quarum prior eſt conſonās & ſequēs. H. quæ aſpiratiōis a plæriſ
qꝫ creditur nota. Eſt. n. longa in hoc TERGA fatigamus haſta. Breuis
in hoc quiſquis honos tumuli.
Quartus modus eſt cum correptam uocalem duæ conſonantes ſequū
tur ita ut prior ſit. S. littera. Eſt. n. lōga ī hoc. VNDE ſciſſa coma. Vel
VADE ſpiſſa Corona. Breuis in hoc. PONITE ſpes ſibi quiſqꝫ.
Quintus modus eſt cum correpta uocalis in unam deſinit conſonan-
tem quæ partem terminat orationis. Eſt. n. longa in hoc OMNIA Vin
cit amor & nos cedamus amori. Breuis in hoc. HIC AMOR hoc ſtu
dium. Sciendum eſt ꝙ ſi & hæc uocalis non deſinat in unam conſonan-
tem ſed nuda ſit. Sæpe comunem ſyllabā facit. Eſt. n. longa in hoc. DO
NA dehinc auro grauia: ſectoqꝫ elephanto. Breuis in hoc. TALIA di
cta uolant.
Sextus modus eſt Cum diphthongum uocalis ſequitur. Eſt. n. longa in
hoc. MVSAE aonides. breuis in hoc. INSVLAE Ionio in magno.
Septimus modus eſt cum uocalem ſolam naturaliter lōga uocalis ſequi
tur. Eſt. n. longa in hoc. O utinam in thalamos inuiſi cæſaris iſſem. bre
uis in hoc. SVB Ilio alto.
Octauus modus eſt cum pronomē. C. littera terminatum uocalis ſequi
tur. Eſt. n. longa ī hoc. HOC erat alma parens. Breuis in hoc. SOLVS
hic Inflexit ſenſus.
Nonus modus eſt. Cum correptam uocalem ſequitur. z. Eſt. n. longa in
hoc. MEZENTI ducis exuuias. breuis in hoc. NEMOROSA zacyn
thos. Sciēdum eſt ꝙ. X. comunem ſyllabam facit ſicut &. z. græcū. Eſt
n. lōga in hoc: NOX ruit & fuſcis tellurē amplectit̄ alis. Breuis in hoc
PONTIBVS inſtratis conduxit littora Xerſes. Sed hoc ī noibus græ
Semipes — cis. Sciendū eſt ꝙ metrici ſyllabā ſemipedē uocāt: ut ī cæſuris pentime

Pentimemere. mere & heptimemere quas & ĩ primo uerſu æneidorum reperimus ita.
ARMA uirumqꝫ cano. Item Arma uirumqꝫ cano troiæ.
Heptimemere

## De Pedibus.

Regula pedalis PES dictus eſt ꝙ quaſi metroũ greſſibus incedat. Aliter dictus eſt pes
ꝙ q̄ſi pedali regula ad uerſum utimur menſurandũ. Metimur. n. uerſũ
heroicum & dicimus ſex pedũ eſſe. Metimur ſapphicum & dicimus qn
qꝫ pedum eſſe: & cæteros. igitur neceſſe eſt pedem unũquēqꝫ in ſe ha
bere certum cum temporibus numerum ſyllabarũ: ut eſt ſpondæus. ha
Pedum tp̄a bet. n. duas ſyllabas temporum quatuor. Item & proceleumaticus qua
tuor ſyllabas & quatuor tempora: & cæteri qui cũ his ſupraſcripti ſũt.
Arſis Scire etiam debemus ꝙ unicuiqꝫ pedi accidit arſis & theſis. hoc eſt ele
Theſis uatio & poſitio. Arſis in prima parte: theſis in ſecunda ponenda eſt. Nu
merus etiã ſyllabarum & tempus ut ſupra dictũ eſt. Reſolutio ut ſi ꝓ
ſpondeo proceleumaticus ponať. ut eſt apud Virgilium: Genua labãt.
Soluũtur. N. duæ longæ in quatuor breues: quæ ſpondeum ſolis faceř
ſolent temporibus. Figura etiã accidit pedi ut ſi uelimus ſpõdeum figu
rare his notis Pyrrhichiũ his Sic etiam apud græcos ſunt.
Metrũ quod ex ſpondeo ſpõdiacum: ex trocheo trochaicum: ex Iambo
Iambicũ nuncupatur. igitur pedes diſſyllabi hi ſunt. pyrrichius
ſpondeus Iambus Trocheus Triſyllabi ſunt ii tribra
chus Moloſſus Anapeſtus Dactylus Amphibra
chus Amphimachrus Bacchius Antibacchiꝰ Du
plices autem hi ſunt. ꝓceleumaticus Diſpondeus diiambus
ditrocheꝰ Antiſpaſtus choriãbus Ionicus mĩor Ionicꝰ maior
Peon primus ex prima longa peon ſecundus Peon tertius
peon quartus Epitritus primus epitritus ſecũdus
epitritus tertius Epitritus quartus Ex quibus alii pedes uel
ſyzygiæ naſci iudicantur. Syzygia autem eſt ex uariis pedibus ĩ unum
Syzygia qd pedem collecta cõcluſio. Nam inuenta eſt propter hæc uerba q̄ nec diſ
ſyllabarum nec triſyllabarum nec quadriſyllabarum eſſe potuere: Vt
puta ſi dicamus ædificiũ ædificatio orationibus ratiocinationibus. Hæc
quia ſunt integra poſita nulli conueniunt pedi quia excedunt quatuor
numerum ſyllabarum. Syzygiæ uocãtur quod diuiſæ pro diuidẽtis ar
bitrio pedibus ſyzyzonte ut ſi uelimus diuidere hoc nomen in duos

dactylos ædificatio iterum in Choriambum & Pyrrhichiũ & cætera hu
iuſcemodi. Verũ ſi nouẽ ſyllabarũ nomẽ ĩcurrerit ita diuidimus. rõcina
tõibus. In peonẽ terciũ & ditrochæũ ſemipedem aut ita ratiocinationi
bus. In anapeſtum & amphibrachym & ĩ dactylum. & alia huiuſmodi.
Pedes diſyllabi ſecũ iuncti hos de ſe duplices ſexdecim procreant: tali
ſchemate. Omnes pedes tres diuiſionũ tenent formas. ſed has quæ ad
grãmaticos ꝑtinent. Nam amphibrachũ q excipitur a Donato habet di Amphibrachys
uiſionem quæ dicitur tripla. Epitriti q ab eodem excipiũtur habẽt diui Epitriti
ſionem quæ epitrita dicitur. Ergo his quinqꝫ pedibus exceptis. Sciẽdũ
eſt ꝙ in reliquis pedibus iſtæ ſunt diuiſiões tres: quarum prima æqua:
Secunda dupla: tertia ſeſcupla. Item æqua diuiſio in his pedibus qui ſo
luti tot tempora habent in arſi quot & in theſi: ut eſt dactylica Dupla ẽ
quoties altera pars alteram partem duplo uincit: quæ idcirco dicta eſt Seſcupla q̄
ſeſcupla quia plus ab æqua ſignificat minus a dupla. Aliud eſt enim cũ & cur
duo ſunt contra unum. plus enim laborat illa pars quæ unum habet cõ
tra duo. Aliud eſt cũ tria ueniũt cõtra duo. Scire etiã debemus ꝙ æquã
diuiſionem poſſumus uocare dactylicam: duplam iambicam Seſcuplã
pæonicã. Inuẽiũtur in unoquoqꝫ metro pedes q nothi uocãtur. idcirco Pedes nothi
ꝙ uelut appoſiti a dignitate metri degenerãt. ut eſt in uerſu heroico tro
chæus anapæſtus: ꝓceleumaticus. Nã legitimi hi ſunt in heroico metro Pedes legitimi.
ſpondæus & dactylus. qui tamẽ ãte legitimus non fuit ſed factus eſt ex
reſolutione ſecundæ ſyllabæ ſpondæi. pedes ſimplices ideo dicti ſunt
ꝙ non ex aliis pedibus ſunt compoſiti: ſed nã uſqꝫ ad extremas ſyllabas
tendunt. Si aũt uſqꝫ ad quatuor dixerimus iã non ſunt pedes ſimplices.
ſed ex diſyllabis facti duplices. qui duplices non amplius q̄ ſenarũ ſylla
barum eſſe mõſtranť. & re uera ſi quidem conſtat ſimplices pedes uſqꝫ
ad ternas ſyllabas poſſe conſcendere: qui uterqꝫ geminati iure duplices
uſqꝫ ad ſex ſyllabas mittunt.

## De Tenoribus ſiue Accentibus.

Tenor
Accentus
TENORES ſiue accentus dicti ſunt ꝙ naturalem uniuſcuiuſqꝫ ſermo
nis in uocẽ nr̄æ elationis tenorẽ ſeruãt. dictus autẽ accẽtus eſt quaſi ad
cantus iuxta græci nominis ĩterpetrationẽ: quæ proſodia dicitur latinæ Proſodia
adcantꝰ. Sunt oẽs accẽtus latini. viii. acutꝰ q fit ita. . grauis q fit. . cir Diaſtole
cũflexꝰ factꝰ. ſ. de utroqꝫ ita. . lõgꝰ ita. . breuis ita. . Hyphẽ ita. . dia
ſtole ita. . apoſtrophꝰ. ita. . Verꝫ hoc iterẽ iter diaſtolẽ & apoſtrophã

Apoſtro- quod apoſtrophos ad caput litteræ præponitur. Diaſtole uero ad imam
phos partem litteræ. Hæc ideo diximus ne cui notarũ harũ ſimilitudo aliquid
Grauis erroris adferret. his ita ſe habentib⁹. Sciẽdũ eſt ꝙ grauis & acutus & cir
Acutus cũflexus ſoli ſunt qui ( ut ſuperius diximus ) naturalẽ uniuſcuiuſq; ſer
Circũflexus monis in uocẽ noſtræ elationis ſeruant tenorem. Nam ipſi Arſin The
ſinq; moderãt. q̃q̃ ſciendum eſt ꝙ in uſu nõ eſt hodierno grauis accen
tus. Verũ lex accentuum ita eſt ꝙ ſyllabæ ĩ quibus iſti poni debent a fi
ne numerãtur. Nam quantarũ ius ſermo ſit ſyllabarum circũflexus non
tenebit in penultimũ locum. Acutus accentus in latinis non tenebit niſi
penultimũ: & antepenultimum locũ. Penultimũ tunc in diſyllabis: cũ
prima fuerit uel correpta uel poſitione longa. uel cũ ambæ naturaliter
longæ fuerint: uel cũ ambæ breues. ita fit in diſyllabis cũ acuto accẽtu
in pedes cõiuncti ſint trochæus poſitiõe factus: Iambus pyrrichius ſpõ
dæus. In triſyllabis uero uel in quãto uis numero ſyllabarũ: tũc eſt acu
tus accent⁹ cũ tres ipſæ ſyllabæ naturaliter a fine breues fuerint ut aĩa
macula. uel quicquid horũ inuentum fuerit q̃ in diſſyllabis ante docui
Acuti locus mus. ita fit ut in triſſyllabis hunc eundem accentũ cognoſcamus. In tri
brachy moloſſo cuius ambæ a fine ſyllabæ aut naturaliter longæ fuerit
aut poſitione aut prior poſitione lõga: dactylo Anapeſto amphimacro:
amphibracho. cuius tamen media poſitione fit longa. bacchio naturali
& antibacchio. cuius item media poſitione eſt longa. Hucuſq; dictum
eſt in triſſyllabis eiuſmodi qui eſſe poſſint accentus. Nunc dicendum ẽ
in qua parte triſſyllabi acutus ſit ponẽdus. in triſſyllabis antepenul. ac
cipit accẽtum ẽt ſi penultĩa ſit longa poſitõe & muta & liq̃da ut latebræ
colubri. in tribus longis penultima acuitur ut mœcenas ubi ãtepenulti
ma fuerit breuis: penultima uero longa: in penulti. ponẽdus ẽ. ut amic⁹
albai longai. ſed hos & eos qui plures ſpondæos q̃ dactylos habent qua Spondaizõtes qui
ſi minus bonos. & ſine dactylo parum teretes & ſonoros Spondiazon
tas appellauerunt. Proprium huius eſt: quod ſemper a longa incipit &
diſyllabo pene finitur: optimꝰ habetur. cuiꝰ prĩa ceſura pentimemerim
habet oratiõis parte finita. ut Arma uirumqꝫ cano troiæ qui primus ab
oris: aut duos pedes & trochæum ſimiliter partem orationis finientem
ut Infaudum regina iubes renouare dolorẽ. Hæc interim chatolica tibi
erunt. nunc exempla uideamus. A Dimetro dimetrum catalectum in
quo clauſula eſt hexametri. Terruit urbem hoc & choriambicum eſt tri



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

metrum acatalecticum Ceditur Icta ſecuri Tetrametrum acatalecticū.
Cælicola ueneris ſacra fœmina. Pentametrum acatalecticum. Hæc ma-
re canificat nec agit freta cærula. Hexametrum acatalecticum. Conticue-
re omnes intentiq; ora tenebant.

## De Anapeſtico.

Dactylico contrarium eſt Anapeſticum metrum huic naturale catholi-
cum eſt partes orationis ſingulis pedibus terminare. hic.n. uerſus opti-
mus eſt. Secundus ab optimo qui ſyzygias parte orationis finit: Nam
ſicuti in cæteris metris uicioſum eſt ſi ſinguli pedes partem orationis
finiant ita hic bonum eſt quod in aliis contrarium. Recipit pedes ſuum
ſcilicet anapeſtum dactylum & ſpōdæum raro & proceleumaticum hos
omnes omnibus in locis Dimetrum Brachycatalectum. Similes nobis
uolumus. Dimetrum Acatalectum. Similes nobis uolumus pueros.
Idem ſi adiicias edere: facies Trimetrum brachycatalectum: ut Similes
nobis uolumns pueros edere. & ſi ſic acatalectum. Similes nobis uolu-
mus pueros edere matres. Tetrametrus plenus erit ſi addas. Tu quoq;
perge: hic quoq; ſimiliter tetrameter acatalectus eſt. Operario bis dedi-
mus domini reddere nobis debita ſimiliter.

## De Iambico.

Sequitur ut de Iambico dicere debeamus Cuius auctorem Alii Archi-
lochum Alii Hipponactem uolunt. Sed primus Homerus hoc uſus eſt
in margite
Iambica maledica carmina appellant quod hoc pede hoc ē metro olim
lacerare & lædere ſolebant. Iambicus qui trimeter eſt minimus ſylla-
bas habet. XII. ut Beatus ille qui procul negociis: qui maximus. XVII.
ut Rapite o proceres Rapite o Iuuenum decus. Hic Latine Sēarius q
pedes ſex ſimplices habeat græce trimeter q tres
habeat apellatur. Conſtat autem Iambo ſuo principe. Nam uerſus qui
ex uno eſt legitimus iambicus erit quem ορτιον uocant ut ille eſt
Sed Iambus ut ait Horatius Spondæū
in partem recipit qui pes omnia pene metra ornat atq; diſponit. Item
ſolutio longæ in Iambo tribrachyn facit alterutrius longæ ſpondæi aut
dactylum aut anapeſtum. utraq; eīm longa ſpondæi in Iambico metro
non poteſt ſolui. Fiunt ergo hi uniuerſi pedes quinq;. inueniuntur ſem-
per hi omnes incipientibus locis ideſt ſublationibus. quæ loca imparia — Loca ĩparia
quidam uocant: in deſinentibus uero ideſt in depoſitionibus quæ loca — Loca paria
paria appellant: niſi quia breuibus incipiūt dimetron hypercatalecton
ualles per imas. dimetron brachycatalectō ut PLENVS MVSTI. Di-
metron catalecticum. Iamq; ſonant liquentes: Dimetron acatalectum.
AMARE NOLO Nec Dolere Clinia. Iambicum metrum etiam ſi
defuerit uerſui Iambus uel rarus in eo fuerit appellabimus. Ille enim le-
gitimus ſolus quem ορτιον dixi iambo ſolo conſtat. Sed ut diximus iam
dactylicum hexametrum etiam eum dici qui omnes ſpondæos habeat.
Ita & hic iambicus dicitur q̄uis unum Iambum habeat. Pauidumq; le-
porem & Aduenam laqueo gruem.

## De Trochaico

Contrarium huic Trochaicum metrum quod æque quiq; pedibus cō-
ſtat trocheo & cæteris quibus ſupra. Nam trochæi longa ſoluta tribra-
chyn alterutra ſpondæi aut anapeſtum aut dactylum faciunt. hi pedes
omnes paribus in locis imparibus non niſi hi qui breuibus finiuntur.
dimetrū hypercatalectum. Hympha rorida brachicatalecton. Fōtium
ſorores. Hoc & Ithyphalicum dicitur. Dimetrum catalectū Martiū Ca-
nūt Tubæ Trimetrum catalecticum Sol ſuperna qui regis parēs deus.
Tetrametrum catalecticum. Tale quale uere primo ſibilat teres donax.
Hic quia quattuor metris conſtat & quadratus uocatur. — Quadratus uerſus

## De choriambico

Choriambicum metrum cōſtat imparibus locis ipſo chorio. i. trochæo
& tribracho: in ſequētibus iambo Dimetrum hypercatalectum. O quis
Adon iero. Dimetrum acatalectum Sanguie quis purpureo. Trimetrū
catalecticum Heu miſerande uolucris martie. Quoq; te uocarit te uolu-
cer choriambus ito. Tetrametrū acatalectū. Vi amoris ſtimulo cor qua-
ti ortus pauidos.

## De Antiſpaſtico.

Antiſpaſticon.n. metrum Sappho inuēit cōſtat iambo & trochæo con ceditur in prima primo loco pro iambo quouis alio pede diſſyllabo uti pyrrichio aut ſpōdæo aut trochæo. Dimetrū hypercatalectū. Volant præpetes. Trimetrum catalecticum. Q ue Ru pes habeant hic & opacæ: Mecænas attauis edite pegee bonis. Itē ſi unā ſyllabā adieceris. Mecænas attauis edite pegee beatis. Mecænas attauis edite pegee Reatine.

## De Ionico quod a maiore dicitur

Conſtat ſpondæo & Pyrrichio & trochæo. & præterea ſolutionibus ſpō dæo ideſt Anapeſto uel dactylo & ſolutione trochæi ideſt tribrachy in differenter in locis omnibus: ita tamen ut omnis coniugatio ſex tempo ra habeat. Dimetrum brachycatalectum Veris comma florens. Dime trum catalectum. Q ue opaco ſuis fontibus. Trimetrum brachycata lectum. Non idalios Sic puer alto. Tetrametrum brachycatalectum Volo littoris in margine ſolus ambulare. hoc & Sotadicum dicitur. te trametrum acatalectum quod apud. C. Ienatem inueītur ex duobus co lis coniunctum. Vuas nitidis floribus euadne hederis inligat.

## De Ionico a minore.

Ionicum metrum a minore appellatur. cōſtat pyrrichio & ſpondæo & ſpondæi ſolutiōe. Anapeſto & dactylo hic quoq; in ſingulis coniugatō nibus ſex tempora implere neceſſe eſt. Dimetrum acatalectum. Ara rim ſicut ſuper altum. Horatius. Neq; dulci mala uino. Trimetrum ca talectum. Miſerarum eſt neq; amori dare ludum. Tetrametrum catale ctum Ecus albo uelut uber tumet albo latice. Tetrametrum acatalectū Propere qui reſidens in gremio faune colocis.

## De Anadiplumeno.

Anadiplumenon ex hoc minore Ionico naſcitur quod ab illo ſic diſtat. quod a cretico incipit & eſt tetrametros. Deſeci neq; amori dare ludum libet ultra. ē & aliud ex hoc metro Ionico quod galliābon dicitur. quod in fine degenerat quominus integrum ionicum faciat. Miſerarum eſt neq; amori dare poſſeſſore inedia. ex hoc genere eſt quod anachomenon appellatur quod ordinem pedum naturalem ac ſolitum amittit & immutatis pedum coniugationibus copulatur. Dime trum acatalectum. Paphias amor columbas. Nam conſtat pyrrichio & trochæis duobus & ſpondæo. quarta. n. ſyllaba quæ debet lōga eſſe bre uis & ſequens longa eſt: quam oportebat breuem eſſe. hoc metrum ſi ge minetur facit tetrametrum Ionicum a minore anachomenon quod etex romeres apellatur. Sapphicū hoc modo docuit. patens labellum diffido iugare rictu. ſimile tetrametrum menſura non coniugatiōibus. ut Rudi Palladis umbra ſonat oſcinum loquela. Has tres ſpecies ideo iunxi quo niam pene idē ſunt quod ionicus. Aues nemora ſilent.

## De Pæonico.

Pæonicum ex ipſo pede ſuo nomē accepit. recipit autem creticum pre ter ipſum peona ultima. duos autem peonas in medio. exemplum utriuſ q; linguæ ſic erit: Tetrametrum catalecticum.

Recte ne facilis eſto magis ad tuos. Hæc ſunt ut dixi metra originalia. Cætera omnia ex his ſunt de ducta quæ a græcis paragoga appellantur de quibus pauca adhuc dicā. Nam quedam iam ſuis originalibus iunxi ut uideas quanta horum quæ ſupra dixi permixtione metra aut facta ſint aut fieri adhuc poſſint. Et primo quidem De Pentametro epodico dicam ut ad initia redea mus. Nam & hic a dactylo naſcitur. Nam primæ eius partes duæ pe des ex dactylico & ſpondæo. Sed uarie cōmunicatis uicibus inueniun tur. Tertius ſpondæus ita ut prima eius ſyllaba hemyſtichium & partē orationis incipit: inde mutat dactylicam conditionem & tranſit in ana pæſticā. nam iā reſidui erunt duo anapæſti: aut ſicut media cæſura duo pentimemeris diuidat in primo uarie poſitis pedibus ut dixi in ſecundo ſemper duo dactyli erunt dictum pentimemeris quaſi

Pētametrū epodicum

Habet. n. pars prima duos pedes & ſyllabam partem ora tionis finientem. ſecundo item ſimiliter diuiſa prima ſic. Hæc mihi cū



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

domino non licet ire tuo. Secunda non Licet ire tuo. Hic & elegus uo
catur quando per uices heroo ſubiūgitur nec ſeorſum ac ſolitarium car
men facere poteſt ſubiungitur ſic. Paſiphae niueo gaudebat adultera tau
ro. Inuida formoſas oderat illa boues.

De priapæo dactylico.

Priapæum dactylicum metrum tertium pedem partem orationis finit
producta tamen in ultimo ſyllaba. Nam glyconicus ſic habet uerſus ut
duas equales diuidat partes quod heroum māifeſtum eſſe & Homerus
& Virgilius probarunt qui hoc uſi ſunt. Homerus

& Vir
gilius Immotamq; coli dedit & contemnere uentos. & Cui non dictus
Hylas puer & latonia delos. Prima autem pars glyconicus uerſus eſt. ſe
cūda pherecrati⁹. quæ utræq; partes dactylicæ ſunt. Nā ex Horatio hos
duos ſi iungas priapeus fiet. Cui flauam religas Comā grato pyrra ſub
antro. Ergo & glyconium metrum & pherecratiū & quod ex his compo
nitur priapæum de dactylico naſcitur: eſt ali⁹ priapæus qui & buccolic⁹
uocatur ut. Hunc lucum tibi dedico conſecroq; Priape. hic quoq; octa
ua ſyllaba partem orationis finit ideoq; hoc metrum

dicitur

De Buccolico

Buccolicus ſimiliter ab heroo uenit herous: ſi quarto pede partē oratōis
finiat buccolicum facit: ut Ab Ioue prīcipium Muſæ iouis omnia plena.
Theocritus hanc legem cuſtodiuit Virgilius contempſit.

De pentametro heroo.

Qui autem quintum pedem parte oratiouis finit pentameter herous di
citur. ut Decidit ad terram duplicato poplite Turnus.

De logacedico.

Et de Anapeſtico naſci logacedicum uidemus ſi metrum anapeſticum
antibacchio cōcluſeris græce

latinæ agathocleus. Huc ego
me dabo feſta boues.

De Scazonte.

In iambico metro ſi penultimam longam feceris Scazon uocatur quem
& coliambon & Hipponactycon uocant: ut Salax taberna uoſq; con
tybernales.

De phalecio hendecaſyllabo.

Ecce & phalecium metrum partem primam de antiſpaſto habet: ſequē
tem de Iambico ut Paſſer deliciæ meæ puellæ. Dimetrū iambicum ca
talecticum habet eadem pars dicitur cōma anacreontion poteſt pria ps
a dactylo naſci ſequēs ab Iambico ſic: ut Caſtæ pierides meæ Camenæ
diuiſio erit talis. Caſtæ pierides noſtris adſiſtite uotis: & Meæ Camenæ
uos ſorores inuoco.

De Ithyphallico

Ithyphallicum metrū de Trochaico eſt: nā ex tribus trochæis conſtat
quod fit ſi ter bacche dicas. Bacche. Bacche Bacche. Vt ſit: cōditor uel
orbis. dictum eſt autem inde ꝙ in myſteriis liberi athenis uates ſtipitē
rectum in modū faſcini tenebant. & qui hoc genere metri canebāt Thal
lophore & phalodoe dicebātur. hoc & Aſcronium uocant.

De ſaturnio.

Saturnio metro primum in Italia uſi. dictum autem a ſaturnia urbe ue
tuſtiſſima Italiæ hic uerſus obſcurus quibuſdam uidetur quia paſſim &
ſine cura eo homines utebantur: maxime tamen triumphaturi in capito
lio tabulas huiuſmodi uerſibus incidebant ideſt ſic. Sūmas opes qui re
gum regias refregit. Habet autem prima parte iambico dimetron catale
cticon in ſecūda trochaicon Dimetron brachycatalecton quod & Ithy
phalicum diximus: ut Dabunt malum Metelli neuio poetæ. cætera par
tim in Horatio recognoſces: partim in archetypis auctorum libris. un
de hæc excerpſimus.

De metris Horatii.

Nūc priuſq̄ ad horatiana metra uēiam⁹ q̄ ꝑtim a ueterib⁹ græcis trāſtu
lit: ꝑtim ipſe ſibi cōpoſuit admonitū uelim oīa q̄ paragoga diximus cō
poni ex illis principalibus metris: aut adiectiōe: aut detractione: aut cō
cinnatione aut permutatione: adiectione: ut Soluitur acris hyems grata
uice ueris & fauoni. Acceſſit. n. heroo metro ſyllaba quæ uerſum faceret
longiorem detractione tanq̄. Trahuntq; ſiccas machinæ carinas. detra
cta. n. ſyllaba trimetron fecit minorem. Concinnatione: Iam ſatis terris
niuis atq; diræ. huius. n. prima cæſura trochaica ſequens iambica eſt.
Permutatione ſicut cum archlocus primam partem heroi fecerit ſequē
tem iambici. ut eſt Scribere uerſiculos amore percuſſum graui. Horati
us permutauit & fecit priorem Iambicam ſquentem heroicam ſic. Oc
caſionem dedit dumq; uirent genua. Hæc autem Horatii carmina de
quibus dicere inſtitui Monoſtropha græci appellauerunt: ꝗ prima

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Strophe duobus uel tribus colis explicata cæteras ſequentes ſimiles ha
beat. nec in aliqua parte interueniente epodo cola mutentur: Colõ quid
ſit iam diximus a quo tricola ſiue tetracola dicũtur hæc carmina: In can
tiõibus autẽ lyricis legitĩe ſcriptis hoc eſt monoſtrophis hæc tria íueni

Strophe
Antiſtrophe
Epodos

ri neceſſe eſt: ſtrophen. Antiſtrophen. Epodon. olim eĩm carmĩa indeos
ſcripta conſtabant. Circumire aram dextra ſtrophen uocabãt: redire a
ſiniſtra antiſtrophen poſt cum in conſpectu dei conſiſtentes canticis re
liqua peragebant Epodon

Hinc tranſlatum nomẽ eſt in has epodos quæ binos uerſus habent: Nã
ut illic epodos canticum finit ita hic uerſus ſecundus ſenſum. hoc eſt. n.
legitimum in epodis. Ergo ſecundum hæc & elegia epodicum carmen.

Periodos

Hæc igitur cantio lyrica quæ tres has partes habet periodos appella
tur eadem trias ſi ex rebus his conſtet. Solet. n. abundantior & plenior
cantio habere antiſtrophen periodon aliquando & in medio hoc eſt in
ter ſtrophen & antiſtrophen Meſodon. Inueniuntur autem in ſtrophe
cola uel cõmata. aliquod ex uoluntate ſcribentis uaria metri lege finita.
huic antiſtrophe redditur totidem colis hiſdem metris: tertio additur

Trias

epodos iam quolibet metro. hæc eſt ut dixi quam triada appellant. Sed
quoniam hec accuratius græci poetæ ſeruauerunt. melius te græci magi
ſtri de exemplis græcis docebunt: Nunc ueniamus ad diuiſionem metro
rum: Mecænas attauis edite regibus. Aſclepiadeon metron uocatur: nõ
ꝙ repertor eiꝰ Aſclepiades fuerit: ſed quod eo familiarius & frequentiꝰ
ſit uſus. Ante illum. n. uſi Alceus & Sappho hoc integro uſa eſt in libro

Aſclepiadæum carmen unde

quinto. inter binos uerſus decurrũt melica ſyſtematica hoc binis uel tri
bus uel quattuor uerſibus conſtant. Hoc metrum uidetur a pentametro
epodico natum. Nam habet duo pentimemere. primum acatalectum. ſe
cundum Catalecticum. Mecænas attauis edite regibus. Huic ſi reddas
in ultimo ſyllabam integer erit pentameter. Mecænas attauis edite regi
lio. Ab eo tamen pentametro naſcit̃ qui. XIII. ſyllabas habet hoc eſt cu
ius prima pars de ſpondæo & dactylo conſtet. Cæterum Aſclepiadæon
duodecaſyllabõ eẽ oportet. poteſt & antiſpaſticon eſſe trimetron acatale
cton cuius penultimã affectauit pro longa breuẽ facere cuius ingreſſio
talis eſt. Mecænas attauis edite regibus: tetrametron fecit eius generis.
Tu ne quæſieris ſcire nefas quem mihi quem tibi. Quidam uolunt

adiectis duobus ſpondæo ad caput pyrrichio ad finem in medio dime
tron choriambicon clauſum ut ingreſſio talis. Mecænas attauis edite re
gibus. Nam ſi ſolas duas pronun cies choriambi
cum ſonãt eius generis trimetron fecit ſic. Tu ne quæſieris ſcire nefas
quem mihi quem tibi. Deniqꝫ ſi tertiũ choriambũ tollas remanet aſcle
piadæus. ut Tu ne quæſieris eſſe nefas tibi. Alii de hexametro uolunt
tantum. Nam ſi tertio loco adiicias Pater quito Regibus hexametrũ fa
cies ſic Mecænas attauis pater edite regibus altis. Iam ſatis terris niuis
atqꝫ diræ grandinis pater miſit & rubente dextera ſacras iaculatus arces
Terruit urbem. Hos hẽdecaſyllabos alii alcaicos alii ſapphicos uocãt.
prima in his cæſura trochaica eſt. Nam habet dimetron brachycatale
cton ſequens Iambica habet dimetron hypercatalecton & ingredimur
ſic. Iam ſatis terris niuis atqꝫ diræ grãdinis pater. Alii faciunt primam
ſyzygiam trochaicam in qua ſecũda pars aliquãdo & ſpondæum habet
ſecundam choriambicam tertia bacchium habet diuiditur ſic. Iam ſatis
terris niuis atqꝫ diræ. Naſci autem uidetur ab alcaico hendecaſyllabo
& uides ut
alta ſtet niue candidum. huius ſi primam ſyllabam in ultimum tranſtu
leris facies hendecaſyllabũ ſapphicum. Vides ut alta ſtet niue candidũ
quarto loco clauſula eſt hexametri ex dactylo & ſpondæo ut eſt. Primꝰ
ab oris. deniqꝫ ſi hanc tollas & horatianam adiicias facies integrũ hexa
metrum. Arma uirumqꝫ cano troiæ qui terruit urbem. eadem clauſula
& in anapeſticam ſyzygiam cadit. nam ſi iungas hanc illi Virgilianæ di
metrum anapæſticum facies. ut Qui primꝰ ab oris terruit urbem. hæc
eadem habet choriambicũ dimetron hyppercatalecton. III. Sic te diua
potẽs cypri. Sic fratres helenæ Lucida ſydera. Tertia ode: dicolos eſt
habet primum octoſyllabum Anacreõtium: quem & Glyconicum uo
cant habet originem ab heroo. conſtat ex ſpondæo & duobus dactylis.
huic ſi iungas heptaſyllabum Pherecratiũ: qui cõſtat ex ſpondæo & da
ctylo ut & Immotamqꝫ
coli dedit & contemnere uẽtos Anacreonticon eſt
uſi ſunt
hoc genere metri Alceus Sappho Alcman ſecundꝰ uerſus SIC FRA
TRES Helenæ lucida ſydera. Aſclepiadeꝰ de quo iam dictũ eſt. IIII.
Soluitur acris hyems grata uice Veris & Fauoni trahuntqꝫ ſiccas ſiccas

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

machinæ carinas. Q uarta quoq; dicolos ad exemplũ Archilochi facta.

Differunt primi hoc uno ꝙ in græco ſecundus ſpondæus in latino ter
tius eſt: neq; eum ordinem flaccus in omnibus ſeruauit. Sed uarie & licẽ
ter dũmudo ne ab heroo recederet: habet ergo prima cæſura heroum
tetrametrum & talis eſt hæc pars qualis illa homerica

Virgiliana. Solue metus feret hæc aliquam tibi. Q uorum alteri deeſt

alteri Fama ſalutem. quæ ſi adicer flacciano & archilochæo uolueris im
plebuntur & fient ſolidi Heroici. Soluitur acris hyems grata uice fa ma
ſalutem

p oſterior
pars ueris & fauoni. Ityphallicus uerſus eſt ex tribus trochæis. talis eſt
pars ex Catulliano hendecaſyllabo detracta priore parte. Pumice expoli
tũ idq; ſi adieceris ad Horatiani partẽ ſuperiorẽ fiet archilochæus. Sol
uitur acris hyems grata uice Pumice expolitum. græcus eſt talis

quod metrum quidam & Aſcrõium uocãt plæriq; uerſum totum ex he
roo factum per adiectiõem unius ſyllabæ tertiæ ante ultimam dixerunt.
Et parte ſublata ſiue mutata formã hexametri recipit ut. Soluitur acris
hyems grata uice ueris annui uel. Soluitur acris hyems grata uice uere
fauoni. Secundus uerſus. Trahũtq; ſiccas macchinæ carias. ſyllaba bre
uior eſt q̃ trimeter iambicus quare poſita ſic expletur. Trahũtq; Siccas
machinæ carinulas. uel ſi malis ſcazõta facere. Trahuntq; ſiccas machi
ne carinatas. Archilocus

In ar
chiloco attendẽdum. Hunc quidam hendecaſyllabum Archilocum di
xerunt. ut Q uis multa gracilis te puer in roſa perfuſus Liquidis urget
odoribus grato pyrrha ſub antro Cui flauam religas Comam. Q uinta
ode habet duos primos aſclepiadæos: tertium anacreõtium. quartus gli
conicus de quibus iam diximꝰ priapæi erit pars præpoſito tamẽ glyco
nico ſic. Cui flauam religas comam grato pyrrha ſub ãtro. talis hic qua
lis ille. Immotamq; coli dedit & contemnere uentos. Item hos ſi iungas
idem fiet

Vtraq; hæc pars anacreontis eſt. VT
SCRIBERIS Vario fortis & Hoſtium Victor meonii carminis alite.
Q uam rem cunque ferox nauibus aut equis miles te duce greſſerit.
Tres primi aſclepiadæi ut Mecænas attauis edite regibus. quartus gly
conicus ut
utraq; pars hæc anacreontis eſt. VII. Laudabũt alii Claram rhodon aut
Mutylenem aut epheſum bimaris ue corinthi mœnia. primꝰ herous. Se
cundus item herous. ſed tetrameter cui ſi reddas duos pedes erit ſolidus
hexameter ſicut Epheſũ bimaris ue Corinthi. uel ſic. Triſtis affatus ami
cos cinthiꝰ author. VIII. Lydia dic per omnes te deos oro Sybarim cur
properas amando. Hoc totum choriambicum eſt metrum. Primum co
lon dimetron catalecticum eſt. ſed quamuis integrum choriambicum
eſſe uideatur facit ultimus bacchius: nam ſimiliter in ſecũdo colo affecta
uit in ultimo bacchium habere. in hoc etiam receſſit ab Alceo ꝙ primũ
choriambicum durum fecit. ſecundum pro iambo ſpondæum ponẽdo.
nam ſi ſecutus fuiſſet Alceum ſic ordinaſſet. Hoc dea uere Sybarim cur
properas amando. Sed affectaſſe potiuſq̃ erraſſe Horatiũ hoc apparet:
ꝙ eadem lege uſq; ad finẽ eglogæ pſeuerauit. erit ergo & ſecundũ colon
tetrametrõ catalecticum: ex hoc endecaſyllabum ſapphicum facies ſic.
Q ueſo Lydia dic deos per omnes. de ſecunda hexametrum ſic. Hoc ne
deos uere ſybarim Cur queris amando. Apud anacreontem

Secundum colon anacreon ſic

Sappho ſic

VIIII. Vides ut alta
Stet niue Candidum ſoracte. Nec iam ſuſtineant onus ſyluæ laborantes
geluq; flumina conſtiterint acuto. Iocunda confuſio horum metrorum
aut permixtione facta aut detractione: nã in duobus primis prima tome
dimetron habet iambicum hypercatalecton: Secunda clauſulam aſcle
piadei ideſt duos dactylos: Nam ſic eſt. STET niue candidum ut eſt edi
te regibus. & diuiditur ſic VIDES VT ALTA STET NIVE can
didum ſoracte nec iam ſuſtineant onus. Alii hendecaſyllabos appellãt
factos ex iambico trimetro detractione unius ſyllabæ quam ſi reſtitues

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facies Trimetron acatalecton . Vides ut alta ſtet niue candidum ſora-
cte nec iam ſuſtineant onuſti . Tertium colon trimetron hypercatale-
cton: Syluæ Laborantes geluque candido. quartum compoſitum eſt ex
pentimemeri & bacchio hexametrum de hoc facies redditis quibuſ-
cunque partibus ſic. Flumina conſtiterint ſcopulo pugnantia acuto .x.
Tu ne queſieris ſcire nephas quem mihi quẽ tibi. Hic endecaſyllabus
ſapphicus: de hoc iam ſupradictũ eſt adiectione ſpõdæi ad caput & pyr
richii in medio eſſe choriambicum trimetrum ut illud dimetrum dixi-
mus habere: Mecænas atauis edite regibus. & nota ꝙ & in hac & in illa
egloga ſtrophen in ſingulis uerſibus expediuit his & Alceus uſus

Cætera quæ ſequuntur eadem metra
ſunt de quibus iam dictum eſt in ſecundo libro . Metrum nouum eſt :
non ebur neq; aurum Mea renidet in domo lacunar. hoc ſemel omni-
no uſus eſt Horatius. Alceus frequenter ab Iambico natum eſt. Nam ſi
reddas huic partem ſuam integrum trimetrum facies ſic. Beatus ille nõ
ebur neq; aurum. Philoxenus ait hoc heptaſyllabon choriambicõ uoca
ri & eſſe dimetron catalecton euripidion ille inquit ſic

. reliquum in euripide attẽ
dendum. & ſequens pars talis eſt qualis illa. Trahuntq; ſiccas machine
carinas Iambicum Curtum quod & hendecaſyllabõ dicũt & facit trime
trum plenum. Mea renidet in domo lacunar. ſicut Trahũtq; ſiccas ma
chinæ Carinas . Miſerarum eſt neq; amori dare Ludum neq; dulci mala
uino lauere aut examinari metuentes patrue uerbera linguæ . omnes in
Ionici ſunt Catalectici duo primi tri
metri tertius tetrameter. Diffugere niues redeunt iam gramina campis
arboribuſq; Comæ: prim⁹ hexameter: herous ſecunda pars pentimeme
rim habet quod iteratum integrum pentametrum faciet. Arboribuſq;
Comæ. ⊙ Crudelis adhuc & ueneris mũeribus potens. Hi omnes quo
minus heroici hexametri dici poſſent Cõmutatio quarti pedis fecit . nã
pro dactylo anapæſtum habet . ſimul & illud uidendum ꝙ nullam ha-
bent uarietatem pedum. Sed ordo idem omnibus & primum & tertium
ſpondæum habent . Secundum & quintum & ſextum dactylos quartũ
anapæſtum per quod & ſyllabarũ ſexdecim numerus in omnibus pſeue
rat. Nũc de Epodis quoniã ſupra originem nominis dixi metra eorum

q̃q̃ ſimplicia ſint & intellectũ facilia tamẽ breuiter excurram . Ibis li-
burnis iter alta nauiũ amice ꝓpugnacula. ambo iãbici acatalecti. prim⁹
trimeter ſecundus dimeter. & deinceps omnes eglogæ quæ ſequuntur
ſimiles ſint uſque ad illam quæ ſic incipit. Peti nihil me ſicut antea iu-
uat ſcribere uerſiculos amore perculſum graui. primus iambicus tri-
meter ſecundi prima tome pentimemeren habet ſequens dimetron
iambicon. Q uid tibi uis mulier nigris digniſſima barris . Munera cur
mihi cur ue tabellas: Primus herous hexameter ſequẽs tetrameter ſimi
liter dactylus qui bucolicon facit ſi illi duos pedes reddas ſic . Munera
cur mihi cur ue tabellas omnia plena qualis eſt. Ab ioue principium mu
ſæ iouis oĩa plena. Horrida tempeſtas coelũ cõtraxit & imbres Niueſq;
deducũt Iouẽ nunc mare nũc ſyluæ. Primus hexameter ſecũdus cõpo
ſitus ex dimetro iambico & pentimemere. Molis inertia cur tãtã diffun
derit imis obliuionẽ ſenſibus . Hexameter primus ſecundus Iambicus
dimeter. Altera iã teritur bellis ciuilibus. ætas ſuis & ipſa roma uiribus
ruit. Hexameter & iambicus trimeter Iam efficaci domamus ſcientiæ
omnes hi trimetri iambici erunt.

Ars Atilii Fortunatiani Explicit.

## ARS CAESII BASSI DE METRIS.

m

Ecœnas atauis edite regibus . Aſclepiadæon duodeca-
ſyllabum cuius diuiſio uaria quidem ſic. Mecœ. ſpõdæo
Nas atauis coriambo Edite re idem Gibus pyrrichio uel
iambo pp indifferentiam ſyllabæ . alii per dipodias ita
Me cænas a. debuit antipaſtica podia eſſe & ꝓduxit ſyl
labam primam & fecit epitritum quartum ex tribus longis & breui Ta
uis edi . Anapeſtus eſt ex breui duabus longis & breui . Te regibus
pæon ſecundus ex breui & longa & duabus breuibus uel ſi longa fuerit
ultima erit Iambus. ſi uero ad penultimã partem ultimæ dipodiæ bre-
uis ſyllaba addatur fiet elegiacus uerſus pentameter ſic Mecænas atauis
edite remigibus. diuiditur prioribus aut dactylo & ſpondæo aut ſpon-
dæo & dactylo tamen medius ſpondæus debet ſemper eſſe ſequentibus
anapæſticis. Iam ſatis terris niuis atq; diræ. Sapphicon endecaſyllabon
ꝙ eſt trimetron coriambicon catalecticon cuius ſyllabam tertiam pro-
duxit in prima dipodia quam corripere debuit: oportuit enim ita eſſe

Iam ſatis ter. Poſuit autem Iam ſatis ter. pro Coriambo epitritum ſecun
dum. i. ex longa & breui & duabus longis. Secunda dipodia Choriam
bica eſt Ris niuis at. tertio q̃ diræ poſitus pes pro dipodia bacchius aut
pp indifferentiã ſyllabæ hoc metrum clauditur amphibracho. i. & bre
ui & longa & breui ſic. Sic te diua potẽs cypri Gliconicõ octoſyllabon
ex genere aſclepiadæon eſt. huic. n. ſi addideris dipodiam coriambicon
facies aſclepiadæon ſic. Sic te diua potẽs cypri. diuiditur ãt ſpõdæo co
riambo pyrrhichio uel iambo pp ſyllabæ indifferentiam Sic te diua po
tens cypri. ſoluitur acris hiems grata uice Veris & Fauoni alcaicon

Ithyphalicon Sol
uitur acris hyems grata uice ueris & fauoni. Cõmixtum ẽ ex heroico &
Ithyphalico. Soluitur acris hyems grata uice. hucuſq̃ heroicum. Veris
& Fauoni hoc Ithyphalicũ. Trahũtq̃ ſiccas. portio iambici ſequit̃ Ithy
phalici. Machinæ carias. Vides ut alta ſtet niue candidũ. Alcaicon hen
decaſyllabon cuius diuiſio ita eſt. Vides ut alta. ex duõbus Iambis & ſyl
laba & ſequentibus duobus dactylis uel pp indifferentiã ſyllabæ dacty
lo. & amphimacro. Stet niue candidũ ſoracte nec iam ſuſtineãt onus ſi
cut prior ſcandit̃. ſyluæ laborantes geluq̃. Enneaſyllabon ſyluæ ſpon
dæus labo iambus rantes ſpondæus gelu iambus que ſyllaba. Flumina
conſtiterint acuto hoc conſtat ex quattuor pedibus heroicis ſyllaba de
tracta breui in tertio pede. fit. n. ĩtegrũ ſic. Flumina cõſtiterit ab acuto.

## BREVIATIO PEDVM.

Pedes diſyllabi ſunt Numero quattuor.

Pedes q̃uot & qui

Pyrrhichius ex duabus breuibus temporum duum: ut deus. Sed hunc
alii egemona appellauerunt: alii dibrachyn alii pariambum
Spondæus ex duabus longis temporum quattuor ut heros. Iambus ex
breui & longa temporum trium ut Dies: Trochæus ex longa & breui
temporũ triũ ut coma ſed hunc: alii choriũ appellauerũt alii chordacẽ.

Pedes triſyllabi ſunt. N. octo.

Tribrachys ex tribus breuibus temporum trium: ut Helena: Sed hunc
alii Trochichum appellauerunt: alii pignoma alii brachiſyllabon. Cice
ro. n. de oratore etiam trochæum appellauit.
Moloſſus ex tribus longis temporum ſex: ut Aenæas. hũc alii hippiona
appellauerunt

BACCHIVS Ex breni & duabus longis: ut ATHENAE
Palimbacchius ex duabus longis & breui temporum quinq̃: ut Natura
Anapeſtus ex duabus breuibus & lõga temporum quatuor: ut Nebula
Dactylus ex longa & duabus breuibus temporũ quatuor: ut Romulus
Amphibrachys ex breui longa & breui temporũ quattuor: ut Dicaris
hunc alii meſiten alii ſtolan appellauerunt
Creticus ex longa breui & longa temporum quinq̃: ut SANITAS
& hunc alii amphimacrum appellant

Tetraſyllabi pedes Numero Sexdecim

Proceleumaticus qui fit ex duobus pyrrhichiis. i. ex quattuor breuibus
ſyllabis & eſt temporum quattuor: ut Habilior
Diſpondius qui fit duobus ſpondæis ex quattuor longis ſyllabis tempo
rum octo: ut Mecænates
Ionicus minor qui fit ex pyrrichio & ſpondæo. i. ex duabus breuibus &
duabus longis temporum ſex ut Diomedes
Ionicus maior qui fit ex ſpondæo & pyrrhichio. i. ex duabus longis ſyl
labis & duabus breuibus temporum ſex: ut Iunonius
Antiſpaſtus qui fit ex Iambo & trochæo. i. ex breui duabus longis & bre
ui temporum ſex: ut Clytemneſtra
Choriambus qui fit ex trochæo ſiue chorio & Iambo. i. ex longa duabus
breuibus & longa temporum ſex ut Nobilitas
Diſiambus qui fit ex duobus iambis. i. ex breui & longa: & item breui &
longa ſyllabis temporum ſex: ut Propinquitas
Ditrochæus qui & dichorius qui fit ex duobus trochæis ſiue choriis. i.
ex longa breui & item longa & breui temporum ſex: ut Dimicare
Epitritus primus qui fit ex Iambo & ſpondæo. i. breui & tribus longis
ſyllabis temporum ſeptem ut Venenati
Epitritus ſecundus q fit ex trochæo & ſpondæo. i. ex longa breui & dua
bus longis ſyllabis temporum ſeptem: ut Nicomedes
Epitritus tertius qui fit ex ſpondæo & iambo. i. ex duabus longis breui
& longa ſyllabis temporum ſeptem: ut Heroici
Epitritus quartus qui fit ex ſpõdæo & trochæo. i. ex tribus longis & bre
ui ſyllabis temporum ſeptem: ut Nutritura
Pæon primus qui fit ex trochæo & pyrrhichio. i. ex longa & tribus bre
uibus ſyllabis temporum quinq̃: ut Demodocus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pæon ſecũdus qui ſit ex iambo & pyrrhichio.i. ex breui longa & duabꝰ breuibus ſyllabis temporum quinq;ut Idoneus

Pæon tertius qui ſit ex pyrrhichio & trochæo.i.ex duabus breuibus lõga & breui temporum quinque:ut Menedemus

Pæon quartus qui ſit ex pyrrhichio & iambo.i. ex tribus breuibus & lõga ſyllabis temporum quinq;ut Celeritas

His multi adiiciunt unum pentaſyllabum:Docinium uero qui cõſtat ex breui duabus longis & breui & longa:ut Senatoriæ.& ut idem Cic.poſuit Amicoſthenes.

Breuiatio pedum explicit. Nunc De Compoſitionibus.

Ex trochæo & moloſſo.i. ex lõga & bre.& tribꝰ lon. ut Dolore Cõpulſi

Ex trochæo & Ionico minore.i.ex longa & breuibus tribus & long.duabus. Regina ſuperorum

Ex trochæo & coriambo ex longa una & breui & longa una & breuibus duabus et.L.una. Mihi perpetior

Ex trochæo & Ionico maiore.i.ex longa una &.B. una & longis duabus Aſtra cœleſtia.

Ex trochæo & pentaſyllabo cuius media lõga eſt.i. ex lõ.una.B.tribus long.una.B.duabus.Maieſtate miſerabili.

Ex tribrachy & moloſſo.i.ex breuibus tribus & long. tribus. Deſerere cõpellor

Ex tribrachy & Ionico minore.i.ex longis quinque & long.duabus.Incredibilia tolerando.

Ex tribrachy & choriambo.i.ex breuibus tribꝰet lõ.una & breuibus duabus & longa una. Varia cõ cupiens.

Ex tribrachy & ionico maiore.i.ex breuibus tribus. & longis duabus & B.duabus Rapior in turbines

Ex tribrachy & pentaſyllabo cuius media longa ſit.i.ex.B.quinq;.long.una.B.duabus Temere reuocabitur

Item Secundum Compoſitionis genus

Ex Spondæo & Bacchio.i.ex longis duabus.B.tribus long.una.Bellũ reficiunt

Ex ſpondæo & pæone ſecũdo.i.ex long.duabus B.una long.una B.duabus.Armis repleuerat

Ex ſpondæo & pæone ſecundo.i.ex longis duabus.B.una long.una B. duabus

Ex anapæſto & bacchio.i.ex breuibus duabus lõg. una.B. una & longis duabus Aditus ſonantes

Ex anapæſto & pæone ſecũdo.i.ex.B.duabus et long.una.B.una long.una.B.duabus.Iaculis frequentibus

Ex anapæſto & pæone quarto.i.ex breuibus duabus long.una.B.tribus long.una.Pedites fugiunt

Ex amphimacro et ſpondæo.i.ex longa una.B.una et long.tribus.Obuios ſternunt

Ex amphimacro et anapæſto.i.ex long.una.B.una.L.una.B.duabus et long.una.Cõminus gladiis.

Ex amphimacro et dactylo.i.ex long.una.B.una lõgis duab.et.B.duabus.Victoria præditi.

Ex amphimacro et bacchio.i.ex long.una Bre.una et long.una et breui una et.L.Duabus.Hoſtibus repulſis.

Ex palimbacchio et ſpondæo.i.ex long.duabus et bre.una et.L.duabus Præclara Virtus.

Ex palimbacchio et anapæſto.i.ex.L.duabꝰ et bre.tribus et longa una.Prudentis animo.

Ex palimbacchio et dactylo.i.L.duabus bre.una et.L.una et bre.duabus.Laudanda iugiter.

Ex pæone tertio et ſpondæo.i. ex bre. duabus.L. una et bre.una et.L.duabus. Repetebat actus

Ex pæone tertio et anapæſto.i.ex bre.duabus.L.una et bre.tribus et.L.una.Superatus animus.

Ex pæone tertio et dactylo.i.ex bre.duabꝰ et.L.una bre.una.L.et bre.duabus. Aliena quæritans

Ex amphibrachy et ſpondæo.i.ex bre.una.L. una et bre. una et long.duabus.Repulſus hoſtis

Ex amphibrachy et anapæſto.i. ex breui una et long.una bre.tribus et L.una. Repente capitur

Ex amphibrachy & dactylo.i.ex bre.una.L.una et bre.una et.L.una et bre. duabus.Parantur agmina.

Ex ſpondæo & iambo.i.ex.L.Duab.B.una.Cauſas uidet

Ex ſpondæo & tribrachy.i.ex long.duabus &.B.tribus. Sumptus temere

Ex anapæſto & iambo.i.ex.B.duab.L.una.B.una &.L.una. Fremitus grauis

Ex anapæſto & tribrachy.i.ex.B.dua.L.una &.B.tribꝰ Trepidi fugiũt



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ex ſpon dæo iambo & ſpondæo.i.ex.L.duab.B.una &.L.tribus.Cuncti cauent bellũ.

Ex ſpõdæo iãbo & anapæſto.i.ex.L.duab.B.una &.L.una &.B.Duab.&.L.una. Victi malis trepidant

Ex ſpõdæo iambo & Dactylo.i.ex.L.Duab.B.una.L.Duabus.Roſtris ſecãt gurgites.

Ex Duobus iambis & Spõdæo.i.ex.B.una.L.una.B.una.L.tribus. Bonos docet ciues.

Ex duobus iambis et dactylo.i.ex.B.una.L.una.B.una.et .L. duabus. Struunt Mœnia.

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.ex cretico et iambo et Spondæo.i.ex L.una et .B.una et.Lõg.una et.Bre.una et long.tribus. Prælium cupit forti..

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.ex cretico iambo et dactylo.i. ex.L.una.B.una.L.una.B. una et.L.Duabus et.B.Duabus. Turbines timet fluctuum.

Ex triſyllabo cuius media breuis ſit.i.cretico iãbo et anapæſto.i.ex .L.una.B.una.L.una.B.una.L.una et.B.Duab.et.L.una. Gurgites ſecant trepidi

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.cretico trochæo & ſpondæo.i.ex .L.una &.B.una &.L.Duab.&.B.una &.L.ii. Lateribus auget urbem.

Ex ſpondæo & epitrito primo .i.ex.L.Duab.&.B.una &.L.duab⁹.Bellum ſuſcitauit

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.Cretico & Epitrito primo hoc eſt.L.una &.B.una &.L.una &.B.una &.L.tribus.Hoſtibus reſiſtentes

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.Cretico & epitrito ſecundo.i.ex .L.una.B.una .L.duabus &.B.una &.L.ii.Exercitum cõpulerunt.

Ex iambo & epitrito primo.i.ex.B.una &.L.una.&.B.una &.L.tribus Fugam capeſſebant.

Ex iãbo & epitrito ſecundo.i.ex.B.una.L.ii.&.B.una.L.ii.Faces ſuſtulerunt.

Ex ſpondæo & pentaſyllabo cuius duæ primæ.B.ſint.Iuſtus rationalis.i.duæ primæ.L.duæ ſequentes.B. & tres ultimæ.L.cuius exemplũ ſurſum

Ex ſpondæo & pentaſyllabo cuius ſecunda.B.ſit Multum præferebãt.i.tres primæ longæ quarta.B.tres ultimæ.L.cuius exemplum ſurſũ.

Ex triſyllabo cuius media breuis ſit.i.cretico & pẽtaſyllabo cuius ſecũda breui tertia & quarta longis quinta bre.& tribus ultimis.L.exemplum ſurſum.

Ex triſyllabo cuius media.B.ſit.i.cretico & pentaſyllabo cuius ſecunda breuis ſit Inſtantia comprobatur.i.ex prima.L.ſecunda.B.tertia.L.quarta.B.et tribus ultimis.L.cuius exemplum ſupra.

Ex iambo et pentaſyllabo cuius duæ primæ.B.ſint.Rates reparabãtur.i.ex pria breui ſecunda.L.tertia et quarta.B.et tres ultimæ.L.Bon⁹ conſulebatur.

Ex iambo pentaſyllabo cuius ſecunda.B.ſit prima et ſecunda et tertia L.et quarta.B.et tribus ultimis.L.Cuius exemplum ſupra.

Genera uerſuum

Epos quod dactylicum dicitur Iambicum Trochaicum anapæſticum antiſpaſticum Choriambicum Ionicum. Tonos quod ad rithmũ tibicinum conueuit Nonum pæonicum dicitur

Poetice ſpecies latinæ.

Epos ſiue dactylicum.Epigrãma.Iãbica lyrica. Tragœdia Satyra. Prætextata Comedia. Tarbernaria attellana Rhyntonica. Mimi

FINIS

## TERENTIANI MAVRI PRAEFATIO

AVDIVI ueterem uirum
Vulgo dicere fabulam:
Q uendam qui ter olympia
Viciſſet ioue præſide
Poſtq̃ accedere liuidum
Virtuti ſenium uidet:
Dum uictor cluet omnium
Maturaſſe reſoluere
Legem pulueris & cibi.
Sed ne corpoream repens.
Labem accerſeret ocium:
Tale exercitii genus
Cõmentus ſibi dixerat:
Q uod ſolus gereret domi.
Neruis mollibus inuicem
Iunctis in teretem ſtruem

Ceu Parthus ſolet:aut Scythes
Arcus cornibus extimis
Læuem nectere lineam:
Talem aſſidue ligat
Dum ſit funiculi modus:
Aptus qui puteo foret:
Hauſtus hinc igitur cados
Imis ab tenebris aquæ
Tam filo tenui trahens
Q uod ſtringi nequeat uola
Niſus undiqꝫ corporis
Summos in digitos agit
Anguſtoqꝫ tenaculo
Donec lubrica ſarcina
Tanti per ſpatium caui
In lucem ſuperam exeat:
Alterna uice pollicum
Certat uincere ponderis
In præceps facilem fugam.
Nil magnum gerere hunc putes:
Et tantum in digitis opus
Cunctis uiſceribns tamen.
Occultus trepidat labor
Totum cernere nec palam
Q uo totum geritur queas.
C æcis flatibus intimi
Tenduntur laterum ſinus.
Et poples tremit & genu
Nec plantæ ſtabiles manent
Nil imune relinquitur.
Et parua eſt uia uiribus
Mos certaminis & modus
Sudor dum ſolitus cadat:
Nulla mole palæſtrica.

Sic noſtrum ſenium quoqꝫ
Q uia iam dicere grandia
Maturum ingenium negat.
Nec ſpirant animas fibræ:
Anguſtam ſtudii uiam
Et callē tenuem terit.
Tantum ne male deſidi
Sueſcant ora ſilentio.
Q uid ſit littera:quid duæ:
Iunctæ:quid ſibi ſyllabæ
Dumos inter & aſpera
Scrupoſis ſequimur uadis.
Fronte exile negocium
Et dignum pueris putes
Ad greſſis labor arduus
Nec tractabile pondus eſt:
At mens tenditur acrius:
Ne contenta ſit obuiis
Rimantemue recondita
Subtiles fugiant notæ.
Neu diſcretio falſa ſit.
Rerum tam gracili modo
Inſtat callida cautio.
Ne ſermo ambiguum ſonet:
Ne priſcum nimis aut leue
Vocum ne ſeries hiet
Neu compago fragoſa ſit:
Vel ſit quod male luceat
Dum certo gradimur pede
Ipſi neu trepident pedes.
Par examinis æſtus eſt
Ceu ſublimia diſſeras
Par eſt iudicii mora
Pōpæ gloria uilis eſt.

# TERENTIANI MAVRI DE LITTERIS SYLLABIS ET METRIS AD FILIVM ET GENERVM LIBER

e
Lementa rudes quæ pueros docent magiſtri:
Vocalia quædam memorant:conſona quædā
Hæc reddere uocem quoniam ualent ſeorſa:
Nullumqꝫ ſine illis potis eſt coire uerbum.
At conſona quæ ſunt:niſi uocalibus aptes:
Pars dimidium uocis opus proferet ex ſe.
Pars muta ſoni comprimet ora molientum.
Illis ſonus obſcurior impeditiorqꝫ
Vtcunqꝫ tamen promitur ore ſemicluſo
Vocalibus atqꝫ eſt minor auctiorqꝫ mutis
His cæca ſoni uis penitus ſubeſt:latetqꝫ
Vt non labiis hiſcere:non ſonare lingua
Vllumue meatum queat explicare niſus
Vocalia rictum niſi iuncta diſſerarint.
Res cum tenuis:difficile eſt probare uerbis:
Exempla ſolent ſenſibus admouere lucem.
B.cum uolo uel.C.tibi uel dicere.D.G.
E.quæ ſonitum cōmodat hiſce:ſi negetur
Et labra prementur ſimul & reuincta lingua:
Hæc uim tacitam ſponte ſua nimiſqꝫ mutam
Coniuncta potentem ſonitus facit latentis.
Geminumqꝫ refert auribus ex utraqꝫ ſenſum:
Si proprietas tradita:ſi regula nota eſt.
Nunc ſingula quam poſſideant in ore ſedem:
Ictuſqꝫ ſuos concipiant:& unde rumpant:
Vt quiuero uerſu blaterabo ſotadæo.
A.prima locum littera ſic ab ore ſumit:
Immunia rictu patulo tenere labra.
Linguamqꝫ neceſſe eſt ita pendulam reduci:
Vt niſus in illam ualeat ſubire uocis:
Nec partibus ullis aliquos ferire dentes.
E.quæ ſequitur uocula diſſona eſt priori
Q uia deprimit altum modico tenore rictum:
Et lingua remotos premit hinc:& hinc molares.
I.porrigit ictum genuinos prope ad ipſos:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Minimumqꝫ renidet ſupero tenus labello:
O.graiugenum longior altera eſt figura:
Alter ſonus eſt:& nota temporum minor:
Compendia noſtri meliora crediderunt.
Vocalibus ut non niſi quinqꝫ fungeremur.
Productio longis daret ut tempora bina:
Correptio plus tempore non ualeret uno.
Hinc ητ ο minus ſcribimus:hinc &.ω ſupremum
Vna quoniam ſat habitum eſt notare forma:
Pro temporibus quæ geminum miniſtret uſum
Igitur ſonitum reddere cum uoles minori:
Retrorſus adactam modice teneto linguam:
Rictu neqꝫ magno ſat erit patere labra.
At longior alto tragicum ſub oris antro
Molita rotundis acuit ſonum labellis.
Y.quam memorant uocibus auia eſt latinis:
Vocalibus autem quoniam iugata græcis
In noſtra etiam uerba dabat frequenter uſum.
Subiecimus illam cui nomen.V.dederunt
Vocalem:ſonantes ſibi quæ iugaret omnes:
Et ſola ſonum redderet ex ſua figura:
Quam ſcribere graius niſi iungat.Y.nequibit:
Hanc edere uocem quotiens paramus ore
Nitamur:ut.V.dicere ſic citetur ortus.
Productius autem coeuntibus labellis
Natura ſoni preſſior altius meabit.
Hanc:& modo quam diximus.I.ſimul iugatas:
Verum eſt ſpatium ſumere.uimqꝫ conſonantum
Vt quæqꝫ tamen conſtiterint loco priore.
Nec tunc modo cum iungimus hoc ualebit ipſas
Sed ſi qua erit his altera uocalis adhærens.
Vis ac manet illis.quaſi cum ſimul iugantur
Nam ſi Iuga qui nominet.I.conſona fiet.
V.qualis erat permanet in loco ſequenti.
Et cum Iaculũ:aut dico IECVR:IOVEM:Iuuencũ
Nil ordo ſecundis tribuit:prior iuuatur:
Verſa uice ſi ſit prior.V.ſequatur illa:
Cum dico VIDE:contulit.I.ſonum priori.
Aſt ipſa manet tempore quo ſonabat ante:



Vocalibus hoc & reliquis prælata ſeruãt
Vt VADE:VENI VOTA refer teneto uultum.
Creuiſſe ſonum perſpicis:& coiſſe craſſum.
Vnde æolis littera fingitur digammos:
Quæ de numero ſit magis una conſonantum.
Vocalis in iſtum mage quam uerſa ſit uſum
Sed ut altera quo referat alteram ſciamus:
I.cum medio nomine ſic erit locata:
Vocalis ut illam latere ex utroqꝫ coartet.
BAIANA uelut:PEIOR:item TROIA:uel huiꝰ.
Ipſa ut docui conſona fiet a ſequenti.
Et ſi breuis eſt:quæ poſita eſt loco priore:
Longam faciet non minus hanc conſona ſola
Ceu longa fit olim quoties duæ ſequuntur.
Aut ſi nimium eſt hoc dare:uocalis ut una
Fiat:ſimilis tempore conſonis duabus:
Atqꝫ.I.geminum ſcribere nos iubent magiſtri.
I.conſona fiet:ſimul & ſequens priorem:
Et cum prior eſt auxilio poſterioris
Hoc.V.ſimili ſi fuerit loco:nequibit.
Cũ dico LAVor:dico NIues:PLVVIAM:nouales:
Sola conſonans ipſa fit:ut prius notaſti.
Perſtat breuitas quæ fuit ante collocatis.
Iam cætera non ordine quo ſolent loquemur.
Verum ut cuiqꝫ eſt proximitas loci ſoniue:
Ne dicta prius me ſubigat referre rurſum
Vicinia uocum modico dirempta puncto:
B.littera uel.P.quaſi ſyllabæ uidentur:
Iunguntqꝫ ſonos de gemina ſede profectos.
Nam muta iubet portio comprimi labella:
Vocalis at intus locus exitum miniſtrat:
Compreſſio porro eſt in utraqꝫ diſſonora.
Nam prima per oras etiam labella figit.
Velut intus agatur ſonus aſt altera contra
Pellit ſonitum de mediis foras labellis:
Vtrunqꝫ latus dentibus applicare linguam:
C.preſſius urget dehinc & dehinc remittit:
Quo uocis adhærens ſonus explicetur ore.
G.porro retrorſum coit & ſonum prioris

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Obtuſius ipſi prope ſufficit palato:
At portio dentes quoties ſuprema linguæ
Pulſauerit imos:modiceq; curua ſummos:
Tunc.D.ſonitum perficit explicatq; uocem.
T.qua ſuperis dentibus intima eſt origo:
Summa ſatis eſt ad ſonitum ferire lingua.
K.perſpicuum eſt littera quod uacare poſſit.
Et.Q.ſimilis:nāq; eadem uis in utraq; eſt
Quia qui locus eſt primitus unde exoritur.C.
Quaſcunq; deinceps libeat iugare uoces:
Mutare neceſſe eſt ſonitum quidem ſupremum.
Refert nihilum.K.prior an.Q.ſiet an.C.
Aut.G.quoq; uel.C.ſimili pariq; lege
Addi:quaſi deſit numero poteſt priorum
Nulli dubium eſt faucibus emicet quod ipſis.
H.littera ſiue eſt nota quæ ſpiret anhelum:
Quin hanc etiam grāmatici uolunt uacare.
Quia non adiicit litterulis nouum ſonorem
Sed græcula quedam ſcholicæ nitela uocis
Vocalibus apte ſed & ante poſt a cunctis.
HASTAS HEDERAS cū loquor HISTER HOSPES HVIVS
Sola patitur quattuor ante conſonantes:
Græcis quoties nominibus latina forma eſt:
Si quādo CHOROS PHYLLIDA RHAMNES THYMA dico
Septem reliquas hinc tibi uoce ſemiplenas
Vix lege ſolutus poteſt nominare ſermo:
Has uerſibus apte quoniam loqui negatur
Inſtar tituli fulgidula notabo milto.
Vt quāq; loquemur datus indicabit ordo.

F.L.M.N.R.S.X.

Imum ſuperis dentibus adprimens labellum
Spiramine leni uelut hirta graia uites
F.hanc ore ſonabis modo quæ locata prima eſt:
Aduerſa palati ſupera premendo parte:
Obſtanſq; ſono:quem ciet ipſa lingua nitens
Validum penitus neſcio quid inire cogit.
L.quo littera ad aures ueniat ſecunda noſtras
Ex ordine puluis cui dat locum ſinopis
M.at tertia clauſo quaſi mugit intus ore:
N.quartæ ſonitus figitur uſq; ſub palato:
Quo ſpiritus anceps coeat naris & oris.
R.uibrat tremulis ictibus aridum ſonorem:
Has quæ ſequitur littera mox duæ ſupremæ
Vicina quidem ſibila dentibus repreſſis
Miſcere uidentur:tamen ictus ut priori
S.promptus in ore eſt:agiturq; pœne dentes:
Sic leuis & unum ciet auribus ſuſurrum.
X.mixtura ſecundæ geminum parat ſonorem:
S.quia.C.ſimul et quæ prior eſt iugando niſſum
X.retrorſus adactam ſolidant premuntq; uocem.
Nihil auſoniis eſſe opus.Y.ſonare dixi
Et ζητα ſupremum niſi graia uerba cogent
Sed quorſum ais hoc diſcere uel docere refert?
Tradunt homines ſecta quibus pythagorea eſt:
Arcana ſecuti phyſicis remota cauſis:
Summas numeri non ita litteris ualere.
Græcus pueros ut docet inſonans magiſter:
Cum tollere cunctos iubet altius ſiniſtras:
Vnū ſit ut ALPHA & duo BETA & tria GAMMA
Diuerſa ualent alia docent ordine nullo
Referre putant:quæ cui ſit ſub ore ſedes.
Vt nos modo temptauimus expedire raptim.
Aiunt aliquas faucibus exilire ab imis.
ταυ ut penitus καππα ſonat ξι ſimul & χι
Ictam grauius uocis opus fingere linguam.
Si ζητα loquor αλφα ue μυ uel hiſpidum ρω
Et σιγμα quod iſtis parili ſede uibratur
Dentes ſonitum fingere:Δελτα θητα tum ταυ
Itidem parili ſede ſequi:φι quoq; tum ψι
Hinc & numeri non ſimiles habere ſummas
Et nomina tradunt ita litteris peracta
Hæc ut numeris pluribus illa ſint minutis:
Quandoq; ſubibunt dubiæ pericla pugnæ.
Maior numerus qua ſteterit fauere palmam
Præſagia læti minima patere ſumma.
Sic Patroclon Hectorea manu periſſe:
Sic hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hæc ſunt q̄uoniam uiribus altiora noſtris:
Si tam tenues res tibi ſic diſſero uerſu:
Vitem ut tenebras quas ſolet & ſoluta uerſu
Oratio: paruis minus explicare rebus:
Sat duco meas hactenus occupaſſe nugas.

SYLLabas quæ rite metro congruunt heroico:
Captus ut meus ferebat diſputatas attuli
Verſibus: ſane modorum quo ſonora leuitas
Addita: ſtili leuaret ſiccioris tædium.
Hæc prius Baſſine fili: & tu gener Nouate mi
Perpolite q̄ poteſtis crebriore limula:
Non pater tanq̄ ſocerq; ſed uelut ſim extrarius:
Intueri uos oportet: an ſatis ſit litteris
Singulis diſcreta recte: quæ cuiq; eſt natiuitas
Syllabarum: quas duabus iungimus uocalibus.
Num minus ſit ſcrupuloſe uis reperta & prodita.
Conſonans ſi prælocatur una q̄tum differat
Vna uocalis duabus prædita eſt ſi conſonis.
Ne parum uel diligenter lucideue expreſſerim:
Quanta ſit quæ comparatur pedibus hinc diuerſitas:
Sermo ſi planus pedeſtri ſe tenet modeſtia
Diſputandi: quem tenorem doctiores imperant:
Verba ſi non appetita: nec remota plurimis:
Sed fere cōmunis uſus: & tamen non obuia:
Carminis ſeruant honorem non iacentis cantici
Quo ſuperſidens trapeto ſigna gyris temperat.
Sufficit uitare labes & carere ſordibus.
Pro ſtatu rerum domare lineam fandi parem
Liberam ſcholæ nitore uatis exutam ſtola.
Quæ tropos omnes relinquat & ſuperba ſchemata:
Negligens ut ſemetipſa laudem ab incultu ferat.
Dum tamen rebus minutis q̄ pedum liber quoq;
Vix queat proferre ſermo noſter offenſa ſine.
Labili uerſu miniſtret in retuſos exitus:
Regulam ſeruans ubiq; finis ut quarti pedis
Nominis uerbiue fine comma primum terminet:
Hac.n.tome probatur metron hoc trochæicum
Hunc modum ſi competenti pertulit ductu ſtilus:

Siue prouiſo tenore ceſſit effectus labor?
Acrius uos pendite iſta: quam malignis moris eſt:
Hoc domi clauſum manebit nec ſinam noſci prius
Scrupulum q̄ ueſtra demat hunc mihi ſententia.
Opera nobis hæc inanis an in uſum impenſa ſit:
Sed labor uobis ferendus in legendo eſt maximus.
Non.n.curſim aut remiſſe tam minuta acumina:
Adſequi quicūq; poterit: ſed moroſa intentio.
Tam legentis debet eſſe: q̄ fuit nobis quoq;.
Qui laborem prouocando. perdomando tædium:
Forſiran nec lecta multis e latebris ſcalpſimus:
Ardui laudem expetentes non fauorem ex obuiis.
Corrigenda ſi qua ſane uis a uobis hinc erunt
Non ero ſtulte repugnans aut amans praue mea:
Quin ſtatim culpanda delens præbeam rectis locum.
Litteris autem latinis græca quibus eſt formula:
Quo ſtatim diſcriminentur ne ſit hæſitatio:
Indices ſupra locaui nominum primas notas.
Quando græce γαμμα ſupra ſua latinis littera eſt.
C.uel.⊙.græcum putetur ne latinum.E.uel.⊙.
Neu uiciſſim quæ latina proferas græco ſono.
Hæc erunt utrinq; bina quæ parent caliginem.
Quia pari forma notantur & ſoni ſunt ſimplicis.
Cæterum ητα & Y & ω latinis a figuris diſcrepant.
A.latinæ ſæpe ut αλφα ſæpe λαβδα ſcribitur:
I.ſimiliter ιωτα credi et.C.poteſt quod σιγμα ſit
Verſibus: ſed cum loquamur quando græca ponimus
αλφα ιωτα λαβδα σιγμα lege metri cogimur
Syllabis perſcriptitare non figuris ſingulis:
Nequis hoc culpet latina ſi notata non erunt.

Artium parens et altrix græca diligentia eſt:
Litterarum porro curam nulla gens attentius
Repperit poliuit uſq; finem ad unguis extimum.
Quod latinus æmulando: nec ſatis fidens ſui
Exitus: nam noſtra lingua non capit tam plurimos.
Attamen fandi parauit non ſecundam copiam:
Congruens idcirco duxi in hoc opus de ſyllabis:
Quod recepi nunc loquendum litterarum origines.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Inde deductas locare quo probarem planius.
Et ſimul q̄ multa græcis noſtra non reſpondeant:
Q uæq; reſpondent ab ipſis eſſe nobis tradita.
Artis inde origo manat: lingua non tantum patet
Ergo græcis eſſe ſeptem ſcimus e uocalibus
η et ω quæ bina pedibus ſubminiſtrant tempora
E. et. O. breues uocari. ſingularis temporis
Cæteras tres quæ ſuperſunt δίχρονους cognominãt:
Corripi quod ſæpe eædem ſæpe produci ualent.
αλφα primum eſt inde ιωτα tertium quod. Y. uocant:
Porro cunctas noſtra lingua quinq; uocales ſuas:
Corripit quod nunc eaſdem nunc eaſdem protrahit:
Vtitur longis & eiſdem breuibus æque fungitur.
Nec breuem ſemper requirit: ſemper aut quæ longa ſit
Omnibus. ſed quinq; ſemper utitur ceu dichronis:
Inde multa ſyllabarum naſcitur diuerſitas.
Q uia nec illæ δίχρονοι tres græca quas uox nuncupat
Litteris noſtris eoſdem ſemper exhibẽt ſonos.
αλφα nos. A. nominamus: ιωτα ſic. I. dicimus.
Tertiam romana lingua: quam uocant. Y. non habet:
Huius in locum uidetur. V. latina ſubdita.
Q uæ uicem nobis rependit interim uacantis. Y.
Q uando cõmunem latino reddit et græco ſonum:
Interim uocalem et ipſum ſumpta propter quod
Non tuendo ſyllabarum ſæpe mutat regulam.
Scilicet non conſonantem: quando uocalis ligat.
Syllabam: ſed cum duabus edimus uocalibus:
Si prior locetur: ipſa conſonans tunc redditur.
Porro uocalem ſecuta: uim tenet uocalium.
Et ſonos utroſq; iungit: unde diphthongos eas
Græciæ dicunt magiſtri: quod duæ iunctæ ſimul
Syllabam ſonant in unam uiq; gemina præditæ:
Semper effectum duorum temporum cuſtodiunt.
Siue producto efferantur ſiue correpto ſono.
Fronte quod prima uideri forſitan mirum poteſt
Eſſe correptam duorum temporum quod dixerim:
Sed pedum exæquendo formam res erit probabilis.
Non minus nanq; et latinas ſæpe correpto ſono
Promimus q̄q̄ duabus editas uocalibus

Q uę pedibus æque miniſtrant bina & ipſæ temporã.
Planius quo fiat iſtud ante diphthongos loquar.
Græca lingua quas frequenter quaſq; raro interſerat
Ita patebit noſtra græcis cum ſonis diuerſitas.
αλφα &. E. &. O. priores ιωτα diphthongos creat.
AI. & EI. & OI. parentur ut duabus litteris.
Sic &. Y. ſequens eaſdem reddit AY. & EY. & OY.
ιωτα tantum &. Y. uidemus ſubditas uocalibus.
His. n. ſolis duabus quinq; præponi ſolent
Q uando & αλφα quod uidetur dichronon præponitur.
Neutra porro de duabus ante tres iſtas data
αλφα &. E. &. O. ualebit eſſe diphthongi ſoni.
Syllabam nec edet unam: ſed duæ uoces erunt.
Eſſe diphthongos & alias rariores diximus.
Y. ſibi tantum iugantes ιωτα quis non ſubditur.
ωυτοσ ut tradunt magiſtri ſic & ηυδα copulant
Eſſe ſed longas utraſq; litteras primas palam eſt:
Nec fuit longis iuganda uel breuis uocalium
Syllaba ut diphthongos ulla temporum fieret trium
Non ita eſt. nec prima longis. Y. dedit natiuitas
Vtriuſq;: uerum origo iure diphthongos fuit
Tempore inſtanti quod αυδα ηυδα perfecto facit:
Sic ο αυτοσ ſeparatim ωυτοσ imiſtum ſonat.
Ergo dipthongo creata. Y. ſibi adnexam tenent:
Det licet longam priorem flexa declinatio:
Vel duas partes in unam contrahat confuſio.
Q uin &. Y. loco priore ιωτα ſi ſubiunxeris
Effici diphthongon unam poſſe neo plures reor.
υιεσ ut dicunt αηλογγυια αυια & talia
Porro diphthongos latini quattuor fixas habent.
Q uattuor ideo ſeparaui. quinta quod ſit rarior:
Ex quibns ſtatim uidebis non ut in græcis ſonis.
ιωτα ſubiungi neceſſe eſt alteram uel. Y. dari
Semper. I. uel. V. latinas poſſe ſubdi cæteris:
αλφα ſemper atq; ιωτα quem parant græcis ſonum
A. &. E. nobis miniſtrant: ſic. n. nos ſcribimus.
OI. ſimiliter. O. &. E. fit. ιωτα quod græcnm fuit.
AV. & EV. cum copulamus. V. ſecundam iungimus.
Inuicem græce quod. Y. ſubdita uocalis. V.

Græcã diphthõgos ſed.ΘY.litteris noſtris uacat:
Sola uocalis quod.V.complet hunc ſatis ſonum
E.deinde ιωτα græca quod diphthongos.EI.ſonat:
Non erit ſemper neceſſe copulatas ſcribere
Seu latina ſeu iugetur græca; longa ſyllaba
ιωτα ſolum quod uidemus ſæpe produci uel.I.
ιλιον nam ſic iubemur ſcribete & producere
DICΘ ſiue FIDΘ longæ ſunt priores ſyllabæ.
Nec tamen nos.E.neceſſe eſt poſt.I.ſubnectere
Nec poteſt diphthongus aliter e duabus litteris
Iſta componi niſi ante principali in corpore
E.ſubeſſe ratio monſtret:atq; origo nominis.
Δειμος inde ſic notamus quia δειμος repræhenditur:
Inde κηδειον oportet ſcribere iiſdem litteris
Quia Δεος non minus & iſtic ut uidere propalam eſt
Ipſa demonſtrat ſubeſſe compoſitio nominis.
Scribimus ſi quando νικος ιωτα ſolum ſufficit:
Nulla præcedens origo quia ſubeſſe monſtrat.E.
Porro diphthongon notamus quando νεικειν ſcribimus:
ητα quod compago ficti compræhendit nominis.
νη & εικειν nanq; iunctis conditum eſt uocabulum:
Quippe non cedendo:ſemper quæritur uictoria.
Litteram nanq;.E.uidemus eſſe ad ητα proximam:
Sicut.Θ.&.ω.uidentur eſſe uicine ſibi.
Temporum momenta diſtant.non ſoni natiuitas
Inde uertunt hanc in ητα ſæpe diphthongon graii.
Quando quos ιππεις ſolebant aut αχαρνεις dicere
Leuigant:ιππηος q; potius aut αχαρνηος nominant.
Noſq; MEDEAM latinæ ſic in uſum uertimus
Nomen:& regina geſſit quod furens Amazonum.
Sic & αινειαν achæus:noſter AENEAN uocat.
Sic erit nobis & iſta rarior diphthongos.EI.
E.uidemus quando fixam principali in nomine:
EITVR in ſyluam neceſſe eſt.E.&.I.connectere.
Principali nanq; uerbo naſcitur quod eſt EΘ.
Sic ΘVEIs plures:Et ΘMNEIS ſcribimus pluraliter:
Non.n.nunc addis.E.ſed permanet ſicut fuit.
Lector & non ſingularem nominatiuum ſciet:
Vel ſequentem qui prioris ſæpe ſimilis editur.

AV & EV quãs ſic habemus cum graiis cõmuniter:
Corripi plerunq; poſſunt temporum ſaluo modo.
Siue græcis ſeu latinis inſerantur uerſibus
AVT AGE inquit ille uates ſæpe dixit AVT VBI.
Dixit AVRVNCI:quod æque barbarũ eſt ꝑducere.
Pes ubiq; lege conſtat prima cum correpta ſit
Conſonans & una plenum non queat tempus dare.
Et LVPICEV dixit idem finis eſt uerſus quidem:
Pes tamen nõ eſt trochæus quia diphthõgos extima ẽ:
Dactylus nam pes & ille eſt nube nati CEV DVΘ.
αυ ερυσαν inquit poeta ſic & αυταρ corripit
ευπολιν πευκην & ευνουν aut poetam ευριπιδην
Syllabas primas neceſſe eſt ore raptim promere:
Tempus at duplum manebit nihil obeſt correptio.
AV.tamen capere uidetur ſæpe productum ſonum.
AVSPICES cũ dico & AVRVm ſiue græcus αυριον
Mira nec putanda nobis talis alternatio eſt:
Dichronon quod αλφα notum eſt ſicut.A.noſtratibꝰ:
Inde cõmunem miniſtrat ſola diphthongus ſonum.
EV manet correpta ſemper eſt quod.E.græcũ breue:
Litteris.E.latinis ſæpe cum ſit dichronos.
Facta diphthongos nequibit eſſe producti ſoni:
Nec pedes idcirco fraudat temporum iuſto modo:
Hanc.n.ſi protrahamus.A.ſonabit.E.&.V:
Syllabam nec inuenimus ex tribus uocalibus.
Sic ARISTAEVM notamus quattuor ꝑ ſyllabas:
Quod ſibi diphthongos AE iam tertiã nõ iungit.V.
His ita exceptis duabus AV & EV quas rettuli:
I.&.Θ.duæ ſuperſunt quinq; de uocalibus:
Ante uocales locari littera.Θ.tres non poteſt:
A.uel.I.uel.V.cohærens duplicem ut reddat ſonum:
Cæterum quod.E.ſecundo copulata cum loco eſt
Reddat ΘE diphthongon eſſe traditum ſupra tenes
Diximus rarum eſſe græcis ιωτα poſt.Y.ſubdere
Verum.n.nec prælocari ſic apud graios poteſt
Edat ut diphthongon unam de duabus uocalibus.
Litteræ:nam nomen ipſum ιωτα quod graius uocat
Si quis in metro locabit:ſyllabæ ut fiant duæ
Non poteſt diphthongos eſſe ιω duabus litteris

Conſonans prior locata quia ſit & graios apud
Quod tibi exemplo probare uerſus herous poteſt.
ουτοσ ιωτα γραφει uerſus ſi principium ſit:
Pes erit primus trochæus: ſed facit ſpondion hunc.
Prima uocalis notari ιωτα qua graium incipit
Syllabas licet uideri potius has græci uelint
Eſſe cōmunes eaſq; dictitent κοινασ magis.
Quæq; uocalis ſequetur quando ſupremam breuem
I. magis romana lingua non poteſt præmittere:
Edat ut diphthongō nulli nexilis uocalium:
Conſonans quod ſemper hæc ſit ante uocales data:
Quippe IACVLA quando dico uel IECVR IOVEM an IVBAM
Conſonans effecta ubiq; eſt: quæ fuit uocalis. I.
Quæ ſequūtur uim tenebunt quam prius uocalium.
Quin & ipſe cum iugantur. I. & . V. quo differant:
Vt prior quæq; eſt locata proderit diſtinguere.
I. prior ſi collocetur. V. ſequens correpta ſit:
An ſoni prolixioris nulla differentia eſt:
Conſonans quia ſemper iſta iuncta ſit uocalibus
IVNO cum dico aut IVVENCVS nulla differentia eſt:
Quippe IV diphthongos eſſe græca nequaq̄ poteſt.
Quod ſoni tres implicentur & tribus uocalibus.
Quando ſic græce notatur OY ut ſit. O. & . Y. ſimul.
Iωτα quis ſi prælocetur tres uidemus uoculas
E quibus conſtare ſupra ſyllabam negauimus
Sic ιου ιου tragœdus graius & Ceryx ſonat.
Sic IO matres latinæ. ſic IVLVM dicimus.
Quia duas edat neceſſe eſt Syllabas cum prædita eſt:
Quas uidemus ſeparatas eſſe uocales duas:
Vim uel amittat priorem cum fit una ſyllaba:
Conſonans nanq; inuenitur quando dico IVLIVS:
Siue IVNO ſiue IVSTVS porro cum procedet. V:
Conſonantis uim miniſtrat omnibus uocalibus.
Nexa ſemper hæc neceſſe eſt ſyllabam nec diuidat.
Et ſonum mutet priorem VADE quando dicimus:
Vel VENITO Vel uideto tot uolatus VVLTVRVM:
Ante conſonam. V. reperta ſola ſiue in ſyllaba:
VNVS aut VBI uel VNDE & VMBO quando dicimus
Obtinet uocalis uſum: ſicut. I. cum prædita eſt.

Quanta uero ſit poteſtas ſingulis iunctis ſibi
Vt prior quæcunq; curret hoc pedes diſcriminant.
Scandimus ſi quando uerſum quolibet metro datum
Nanq; ſi momenta quæ ſint litterarum examines
Conſonantem aut quas neceſſe eſt conſonantes effici
Tempus unum iam tenemus eſſe correptis datum:
Bina productas habere nec minus compertum eſt.
Tempus autem conſonantes diuidunt unum duæ
Inde quæ duplex habetur tempus integrum dabit.
Ergo correpta iugatur una quando conſonans
Siue uocalis referri quæ poteſt in conſonam:
Seſcuplum tempus neceſſe eſt edere iſtam ſyllabam:
Quæ duplex habere poſſet ab duabus conſonis
Ac per hoc producta per ſe quæ duorum tēporū eſt.
Conſonæ cum ſubiugatur uel relatæ in conſonam:
Temporis parte atq; duplo ſit neceſſe eſt prædita.
Hoc ſub exemplis uidebis eſſe planum nominum
Syllabas ex his duabus quæ parant uocalibus.
IVNO VITA qnādo lōgas uel IVBA aut VIGOR
Conſonas fieri neceſſe eſt: hic priores litteras
Quæ ſequuntur ut fuerunt eſſe uocalis ſoni.
Temporis momenta longæ poſſident partem & duo
Seſcuplum breues habere parte & uno conuenit
Pars. n. iſta non ſequenti prorogat tempus ſuum
Sed priori: pleniore ſi indigebit tempore.
Syllabam nam iam peractam cum ſequetur. I. uel. V:
Illa porro breuis quæ in unam conſonantem deſinet
I. ſequens partem rependet quam miniſtrant conſonæ
Hoc & . V. præſtare poterit cum tenebit hunc locum:
Rurſus exemplis agendum eſt ergo quo ſit planius
Syllabam breuem ante ponā deſinentem in conſonā
AT IVBAM pes ut paret: ſit uel alter AT VIGOR
Sic. n. partem uidebis huc redire temporis.
A. breuis dum conſonanti. T. propinquæ iungitur
Tempori ſuo ab eadem conſonæ partem trahet.
Seſcuplum quod dico ſic fit plena quo ſint tempora
I. dabit partem reſiduam quam miniſtrant conſonæ:
Hoc & . V. pedem locare ſi uelimus. AT VIGOR
Longa fit ſic prima poſitu tunc duorum temporum:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et breues ambæ manebunt in ſequentes ſyllabæ:
Q uattuor pedem peractum cernis eſſe temporum.
IVNO porro ſiue VITA cum pedem primum occupat
Conſonans effecta cum ſit quæ prior locatur. I.
Et ſequens producta quippe bina præſtet tempora
Parte cenſeri uidemus atq; duplo ſyllabam.
Hinc pedem ſi cœperimus edere iterum dactylum
Q uia breuis uocalis extat in ſequenti ſyllaba
Tertiam addamus neceſſe eſt utiq; correpti ſoni:
Pes quidem redditur ipſe non tamen pars temporis
Conſonæ factæ prioris cernimus quo ceſſerit.
Ergo nt effectus probetur conſonans cum fiet. I.
Non erit locanda prima quando uerſus naſcitur
Syllaba: ſed in ſecunda quæ breuis cum conſona
Eſſe poterit priores qua pedes adiuuimus:
Seſcuplum quæ ſola præſtat temporis parte indiget.
Vt ſit At VI. pes & inde uerſus ortum ſumpſerit
Ergo IV quia nunc ſecundo conlocatur in loco
I. ſua quam conſonantem non negamus redditam
AT facit longam: tenebat ſeſcuplum quæ temporis
Nec ſecus partem retrorſus: T. dabit cum conſona eſt.
Fiet At VI pes abſolutus fiet At VI par ei
Syllabas longas habebunt hi pedes binas ita
Dum ſitu prior iuuatur: & ſequens producitur:
Porro cum producta prima eſt: ſi ſequatur conſonans
Efficit duplum atq; partem non ut illic diximus
Ante partem & inde duplum prima quod non ſit breuis
SOL tibi uelut poeta ſigna cum dicit dabit.
Sufficit producta prima temporis duplum dare
Pars reſidua conſonantis unius uel proximæ
Ita uacabit ut uacabunt quando plures conſonæ
Sponte productam ſequentur non egent Subſidii.
TRANSMARE atq; INSIGNIS AVSTER: ſi in pedẽ cõuenerit
Eſt adhuc quo ſeparatæ. I. & V. diſſentiãt
I. media cum locatur hinc & hinc uocalium
TROIA ſiue MAIA dicas PEIOR aut IEIVNIVM
Nominum primas uidemus eſſe uocales breues:
I. tamen ſola ſequente duplum habere temporis
Ergo uel loco duarum conſonantum fungitur

Vel gemella ſi locanda eſt ut uidetur pluribus:
Bis tibi uocalis eadem præbet uſum conſonæ
Ante uocalem ſequendo cum priore ſyllaba
Prædita: & mox in ſequenti iure quo fit conſonans
Hoc in his tantum inuenimus nominum uocalibus.
I. ſecundo conlocata conſonæ ut ualeat loco
Ante uocales quod alias cum locatur exhibet.
V. ſimiliter ſi conlocetur ut FAVOR cum ſcribimus
Nil iuuabit. A. priorem: media facta conſonans:
Temporis quia parte tantum fungitur cum prædita eſt.
Vel licet ponas gemellas ſicut eſt uerbum VIVO
Ante quæ locatur. I. fiat ab. V. ſequenti conſonans
Ipſa uocalis manebit. V. breuis ſicut fuit.
V. ſecundam in conſonantem tranſferet uocalis. O.
Sic prior uocalis. V. quæ tempore uno prædita eſt
Temporis parte adiuuatur ſequenti conſona.
Seſcuplum tempus uidemus longa cum poſcat duo
Proderit nil ergo gemina ſicut. I. bis profuit:
Cum facit longam priorem TROIA MAIA & talia
Perdere. V. quia ſic uidetur uſq; uocalem ſonum
Alteri cum prælocatur nam facit VITA & VALENS
Sordidum quiddam uidemus abſonumq; excludere
Aeolica gens tunc digammon deniq; illam ſcriptitat.
Mutet ut ſitum figuræ quando mutabit ſonum:
Nominum multa incohata litteris uocalibus
Aeolicus uſus uertit & digammon præficit
Aeolica dialectos autem miſta ferme eſt Italiæ:
HESPERVM quem dico græce: VESPERVM cognominat
εστια ſic VESTA facta VESTIS εσθης dicitur.
ινα quam græce uocamus uim iubet me dicere.
εαρ eſt multis in uſu & magis poeticum eſt.
ηρ. n. natiua uox eſt: ille VER hoc dictitat.
Q uos Homerus dixit ενετους: ille VENETOS autumat.
Et VIOLA flos nuncupatur quem graii uocant ιον.
Et IOLAVS ille VIOLENS crede Marco Tullio.
Q uanq̃ ιτυν dicunt achæi hanc VITYM gens æoli.
Plura Sappho comprobauit æolis & cæteri.
V. latina ſic obeſa ſordet a uocalibus
Prorſus ut ſegregandas ſic utraſq; exiſtimem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Nomen. I. quod conſonantis. V. uicem ſolam gerat.
Hanc. n. ſenſu per artem tradito dignoſcimus:
Illius conuerſionem & uox & aures arguunt.
Hæc erit lex his duabus. I. &. V. quas rettuli.
Syllabam per ſemet ipſæ quando nudam copulant
Conſonans nec ulla iunctis quælibet præponitur.
Nam media poſt conſonantem cum datur uocalis. I.
V dein ſi conſequatur ſyllaba una non erit.
Vt PIVS cum dico DIVES OCIVS uel CAELIVS.
Nulla diphthongos quod ante ιωτα permitti ſinit.
Media porro ſi locetur. V. fit una ſyllaba.
Ecce rurſum diſcrepare litteras iſtas uides:
Nanq; CVI ſi quando dico non erit diſyllabon:
Nec tamen diphthongos iſta conſonante prædita
Poterit eſſe: quæ uideri non poteſt cum libera eſt.
Hoc. n. ſolum adſequetur quod digammon non erit.
Antepoſta cum ſit ipſa tum ſequens uocalis. I.
Nam niſi inſequatur aliqua conſonantum littera
CVI breuis manebit: atq; longa fiet addita
CVI SVPER non digna: dixit hiemis & ſolis mala
Dixit & CVI TV fauos: pes hinc mihi primus ſat eſt.
Sic. n. uel prima longa uel prior fit ſyllaba.
Dactylus nā CVI ſuper: CVI TV: ſequēs ſpōdæus ē
Conſonans quia poſt ſecuta: tempus adiuuit breue.
Hanc breuem ſed ante nobis peruidendum eſt ſyllabā
Vna conſonans ſecuta quatenus longam creet
Ipſa nam uel ſecum habere conſonantem debuit
Vel duarum poſt ſequentum ſubleuari tempore
Ante quod nobis liquere non poteſt ſi non prius
Conſonans quæ prima in iſta ſyllaba CVI ſcribitur
C. magis uel. Q: notari debeat diſpexeris.
Sæpius quia. C. locare plurimis iam moris eſt
Sic. n. conſtare poterit e duabus quæ magis
Nunc locum uocalis habeat. V. prior uel I ſequens
Nanq; ſi. C. præferatur ſyllabæ fient duæ.
Tertia his quod implicari nulla uocalis poteſt
Sed duæ fient ſeorſæ ſyllabæ per ſe breues.
CVI SVPER ſic inueniri dactylus iam non poteſt:
Syllabas ſed pes habebit quattuor totas breues.

Principale ſed uidemus eſſe QVIS quo naſcitur
CVI datiuum quando caſum ratio ſermonis petet
Caſus & ſecundus ante. qui facit QVIVS probat
Q. duarum præditam eſſe ſyllabæ uocalium
Quartus & caſus priori non repugnat regulæ:
Nec minus. Q. perſeuerat cum loquor pluraliter
Caſibus cunctis iugamus quando uocales duas
QVI facit QVORVM deide mox QVIBVS QVOS a QVIBVS
Vſq;. Q. nunq̄ reuelli propalam eſt pronomini.
Dubius autem quia uideri numerus & caſus: poteſt:
Cum datiuo ſingulari prima. Q. præſcribitur
Et poteſt plurale QVI lector aliquis credere:
Ac ſimul nutante caſu tardius ſenſum ſequi:
Vſus: ut ſolet: reliquit ueritatis regulam:
Litteram & dedit propinquam dum ſtudet compendio:
Ergo per. C. iam uidemus CVI notandum litteram.
Hanc. n. V. poſt inſecuta præditam docet ſibi.
Et cohærens. I. ſecundo quando cōnexa eſt loco
Quippe. Q: non conſtat aliter quam duabus. C. &. V.
B. uelut uel. K. quod eſſe. Q. uides muti ſoni
Velut. Q. &. C. quoq; &. V. plenius quod poſt modum
Sic in unam. Q. redacte congruerunt litteram.
Portio ut nunc conſonantis. V. uideri rectius
Litteræ uocalis habitum quam tenere debeat:
Nanq;. Q. præmiſſa ſemper. V. ſimul iungit ſibi
Syllabam non editura ni comes ſit tertia
Quælibet uocalis illis hoc & exemplis proba:
Nanq; EQVOS uel AEQVOR an AQVAM cum ſcribimus
Et QVEO & QVERELA QVERCVS & QVA ter prædita eſt
Et uides QVI quoq; ſimiliter eſſe uocales duas:
Vnde ſi dematur. I. & ſola ſit uocalis. V.
Non erit iam. Q. neceſſe ſyllabæ præponere.
Sicut illi cum QVERELA & AEQVOR an AQVAM notas
Sed magis. C. ſola nanq; ſubditur uocalis. V.
CVRO cum uel CVPIDO dicis CVRRO uel CVSTODIO
Vnde nomen qui SEQVONDI rectius ſcribi putant
Si prius. Q. collocarint. V. & O. ſubiunxerint
Quia SEQVOR eaſdem habebat unde nomen naſcitur:
Non uidentur obtinere ueritatis regulam.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Q uia SEQ VOR duas uidemus eſſe uocales ſimul
Et merito tunc. Q .locamus exigente ſyllaba.
At SECVNDVS ut ſit una ponitur uocalis. V.
C.locari debet ergo quando ſolam copulat:
Q uippe origo prima uerbi non manet iam nomini
Cæterum uocalis illis ſi iugetur tertia
Q .neceſſe eſt prima detur & ſit una ſyllaba
Nomina ut ſupra relata iam ſatis nobis probant.
Non tamen prior. V.uideri facta conſonans poteſt:
Conſonans quia de duabus effici prior ſolet
Nuda ſed prior quæ quando nec ſubacta eſt conſonæ
Q uando & digāmus ſumit & formam & ſonum:
Nunc ſonus uocalis illi qui ſolet cum libera eſt:
Prædita eſt uel conſonanti nunc.n.eſt uocalis.I.
Et tamen uidemus illam conſonæ uim ſumere.
TENVIA ut dixit poeta nubis ire uellera
Longa fit nam prima TEN nunc cū ſequatur. V.&.I.
Nec minus uocalis una ſi ſequatur hanc poteſt
Conſonæ præbere uires:nec digāmos effici.
GENVA cum labant Daretis æger eſt anhelitus.
Nec poteſt & hoc liquere an. I.putemus conſonam
Longa CVI SVPER paretur ceu duabus conſonis
Alteram quia conſequendo ſemper. I.uocalis eſt.
Tertiam & caſus ſequentes eſſe uocalem docent
Imo ſi nunc. V.putamus eſſe uocalis ſoni
I.magis uocalis eſſe iudicanda eſt ſubſequens.
Nunc quid hāc dipthongō ergo ex. V.&.I.ſic dicimus
Non ut. V.nunc ſit latina ſed magis græcum ſit. υ.
γυα cum dicunt & γυια tale quid CVI ut ſonet
Temporum & per ſe duorum non requirat conſonam.
CVI SVPER & tale fiat q̄le dudū TRANSMARE
Longa cum reddit uacantes quæ ſimul ſunt conſonæ.
An magis CVII nos oportet per duas. I.ſcribere
Q uia ſequens caſus uidetur hoc ſonare qui facit
Q VIVS ut TROIA atq; MAIA de tribus uocali
CVI SVPER nil ut iuuetur a propinqua conſona
Q nando Q VIVS longa prior ē facta cū ſit cōſonās
Hæc putaui colligenda.tu ſequere quod uoles.
Nec minus natura uaria eſt conſonis in litteris.

Digerunt quidem magiſtri quando pueros imbuunt.
Sed rudes ne prægrauentur parcius diſcriminant.
Nam nouem mutas uocarunt.ſemiuocales item
Eſſe ſeptem tradiderunt.ordo uterq; notus eſt.
De nouem tres ut uacantes ſeparandas conuenit
Vna nam ſpiramen addit omnibus uocalibus
HASTA quādo & HEDERA dicis HISTER HOSPES atq; HVMVS
Q uattuor ſolis adhæret conſonantum litteris:
Inſerit ſi quando græca ſermo noſter nomina.
Cū CHOROS RHAMNVM neceſſe eſt PHYLLIDA an THYMVM loqui.
Sola nec uocalis uſum nec tuetur conſonæ
Tempus aut miniſtrat ullum breuibus uſq̄ ſyllabis
Et tamen uim conſonantis adimit una in ſyllaba
Prædita eſt quotiens duabus. V.&.I.uocalibus.
HVIVS an HVIC ſolemus nam frequenter dicere
V.digammon eſſe:nunc iam non ſinit nec conſonā
Eſſe:quia ſemper neceſſe eſt cum carens ſpiramine
Ante uocalem locatur:VT VIGOR VALENS VETVS.
K. ſimiliter otioſa cæteris ſermonibus
Tunc in uſu eſt.cum KALENDAS.adnotamus KAPVT
Sæpe KAESONES notabant hac uetuſti littera.
Q .uacare prorſus omni diceremus ſyllaba:
C.quod eius inuenitur poſſe ſubdi pro ſono:
Caſus unus ni probaret rectius poni ſemel
Syllabam iunctis duabus cum facit uocalibus
Vt ſatis ſummus locuti iam priore pagina.
Nunc loquar natura quæ omnibus quæ & ſingulis:
Nulla nam mutis facultas ad ſonum edendum data eſt.
Labra fixa uincta lingua eſt.exitus nullus patet:
Nexa ſi non adiuuetur cuilibet uocalium.
Nanq;.B.uel.C.ſonare porro.D.G.& cæteras
Q uiſq; at ſi non reſignet labra uocalis comes
Syllabam fingas ut ante litteram qui proferas:
Semiuocales uidemus oris exprimi ſono
Poſſe:uel ſola adhærens nulla uocalis licet
Exitum plenum miniſtret nuncupandæ litteræ.
Verum.n. binæ ligari non queunt mutæ ſimul.
Syllabæ ſi quando binas poſtulabunt conſonas
Nominis uerbiue cuiuſq; tenent primordia:

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

E.modo aut.P.copulare ſubditam.T.ſic ſolent
Non priores & ſecunda dum latina in ſyllaba
NACTVS ut dicas uel APTVS SANCTVS aut NEPTVNIVS.
Cæteris natura non eſt ut duæ iungi queant
Semiuocales oportet ſegregare attentius
Q uas quidem quia nominatim uerſus indi non ſinit
Ordinis ſignabo numero quæ ſit hæc quam diſſeram
Titulus præſcribet iſte diſcolor ſinopide
E.L.M.N.R.S.X.
Prima mutas nec ſequetur nec poteſt præcedere:
Ipſa gemina nec locari: ſimplici in uerbo poteſt.
SVFFICE & SVFFER uel oFFER eſt quidem duplex ſonus
Partibus ſed ex duabus uerba coniungi uides
Et prior non hac eadem terminatur littera
Sed ſonum confundit ipſa partium conliſio.
Q uattuor poſt hanc locatas græcus udas nominat
Lubrica eſt natura in illis nãq; & alternus uigor:
Nunc.n.uocalis uſum nunc miniſtrant conſonæ.
Et pedum uel hinc uel inde ſubleuant diſcrimina.
Hinc ſibi primam atq; quartam ſemiuocalis poteſt
Subdere iſtam quam loquebar quando FLABRA & FLOSCVLVS
Atq; item frugem atq; FRONDEM nomina ſed talia
Non item poteſt ſecundam copulare & tertiam
Q uia ſecunda mugit intus abditum & cæcum ſonum.
Tertiam nec ullus illis ſermo romanus ligat
Nec ſinas errare puerum quando DAPHNIN ſcripſerit.
Semiuocalem locandam primam ut iſtam exiſtimet
Q uippe nos ſi quando græcum.φ.neceſſe eſt exprimi
P.&.H.ſimul ſolemus:non latinam hanc ponere.
Cuius a græca recedit lenis atq; hebes ſonus.
PHOSPHORON PHRYGASq; nam uel PHILVM ſic ſcribimꝰ
Conſonas autem per omnes quæ quibus iungi queant
Q uas uetet natura iunctas conuenire in ſyllabam
Ire iam nunc ideo nobis uiſum eſt conſultius
In breue ut redacta ſylua demeret caliginem
Neu ſubeſſe præter iſtos:quos loquar:caſus plures
Q ui pedum turbare normam: lædere autem metrum queant.
Præter udas ergo ſupra iam duas quas rettuli:
Hæc ſibi nullam ligare ſemiuocalis poteſt.

Q uattuor poſt hac loquemur:ordine udas debito:
Q uas priores ante nullam conſonam præponimus.
Vt caput uerbi incohare conditæ ſimul queant
Subdimus mutis earum plurimis tantum duas.
Primam atq; quartam quod palam exemplis erit.
Nanq;.B.C.G.deinde.P.priores ponere
Singulas poſſis ut uda prima ſic ſubiecta ſit.
BLANDIOR cũ dico CLVDO.GLEBA.PLEBS aut PLINIVS
D.cum hac nunq̃ coibit.Q .magis nunq̃ poteſt
T.poteſt ſi quando græca miſta ſunt uocabula.
TLEPOLEMVS ATLAS:nam ſolemus inuenire in uerſibus.
Vda quarta præter iſtas quattuor quas rettuli
Amplius.D.T.priores ſubſequetur:ut puta
BRVTVS & CRASSVS fuer.DRVſus & GRAcchus PROcas
TROSSVLVS:iam ſex habemus ante mutas redditas.
Cæteræ quia tres in uſum ſyllabarum non cadunt
Semiuocalis quod una præfici poſſit tenes:
Vda quarta præter iſtas cæteris non ſubditur.
Et ſecunda pœne ſolis conuenit uocalibus
Seu loco prior locetur ſeu iugetur alteri
MANE cum dicis uel VMBRAM ENSIS AMBO & talia
Tertiam udam ſibi uidetur poſſe ſolam iungere
Sic tamen ut non in priore ſed ſequenti ſyllaba
OMNIS ut dicas uel AMNIS uda quæq; cum ſequi
Alteram non poſſit udam dum ſit una ſyllaba
Omnis uda cum gemella rite coniungi queat.
GALLVS ut:uel AMMIANVS ANNVS & TYRRHENIVS
Nec ſecus mutas uidemus poſſe geminas currere
OBBA & ECCE REDDE & AGGER ATTIVSq; & APPIVS.
Hanc tamen græcus ſecundam tertiæ ſic præficit
Syllaba prima latinæ quod nequire diximus.
Q uãdo MNEMEN atq; MNASTHAE dictitatq; MNESTHEA
Interim compellit illam δελτα nunc nunc ταυ ſequi.
Κνωσσον & Τμωλον uidemus nanq; græca nomina
Tertia uda ſic uidetur poſſe.G.mutam ſequi
Graia uerba quando in uſum ſermo noſter ſuſcipit:
GNOSIOS ſi dicere arcus:inſulam aut GNIDVM Velis
Scribimus prænomen unum &.C.quidem præponimus
G.tamen ſonabit illic quando CNAEVM enuntio.

Aſperum quia uox ſonorem leuiorem interpollat.
Vel priores. G. latini nundum ab apice finxerant.
GAIVS prænomen inde. C. notatur. G. ſonat.
SIC AMVRGA: quia uetuſte ſæpe per. C. ſcribitur
Eſſe per. G. proferenda crediderunt plurimi
Q uando αμοργη græca uox eſt γαμμα origo præferat.
Ille contra dicat unde. C. ſonare debeat
G. tamen mox tertia uda rarius componitur
Q uando GNATVM nominare dicere an GNARVM uoles
Nãq; MAGNVS DIGNVS AGNVS SIGNA PVGNA & talia
Syllabæ cum ſint ſecundæ non ita impugnant pedes:
Q uis iugatis impediri cum caput uerbi tenent
Sæpius ped es uidemus: ut ſuo promam loco:
Ammonet nunc ordo ſextam ſemiuocalem loqui
Q uæ ſonum nobis miniſtrat σιγμα quod græcis ſolet:
Viuida eſt hæc inter omnes atq; denſa littera.
αρκτικον græci uocarunt adſeruntq; exordiis
Et probant mutis eandem pene cunctis præfici.
Cum σβεσεν: σθενος q; dicunt σκηπτρον & quando σπαθα
σταμνα dicunt σφιγγας atq; σχηματα atq; udæ quoq;
Poſſe præponi ſecundæ ſic apud graios uides.
σμηγμα ſi quando an σμαραγδον σμιλον uel nominant
N. ſolum non uidetur poſſe ſubdi: quia loco
Intimo fauces prope ipſas litteras hæc excluditur.
Dentibus σιγμα atq; labris proximam ſedem tenet.
σιγμα quis poſſit negare quod det adiunctum ſonum.
Cum ſonis utriſq; conſtet. ζ. quod græcum duplex
Nomen & ſi non uidebor ttadere exempli loco
Syllabis ſedet ſecundis quando proſa oratio eſt'
Verſus ut quadre reſiſtat nec propaget terminum.
NESTORIS ſi forte nomen diuidendum incurrerit
N. &. E. uerſus prioris obtinebunt: extimum
SIGMA uerſus in ſequentis atq; ταυ exordium:
Nos tribus mutis eandem poſſumus præponere:
Nulla cum ſic poſſit ante ſemiuocalis dari.
SCVTA nãq; SPATIA dico STAMINA atq; hoc genus
Et duas ſimul ligare ſola conſonans poteſt.
SCRINIVM STRVEMVE quãdo SPLENDIDVM ue dicimus
Tres tamen nunq̃ coibunt uda niſi tertia

Semiuocalis ſuprema duplicis reſtat ſoni
Præfici in uerbis latinis iſta nec uocalibus
Poterit unq̃ tantum abeſt ut conſonis
Ipſa cum conſtet duabus comparata conſonis
Syllaba quacunq; ſane ſubditur uocalibus.
Q uando REX CALIXVE dicis PAX LATEX APEX SENEX
Ante uocales locatur ut in ſequenti ſyllaba.
FAXO ſi dicas uel AXIS NEXVS VXOR. NOxia
Tantum apud græcos uidemus incohantem nomina.
Q ui ξενουξεσι θον loquuntur ξουθον & ξηνιησ.
Conſonis præfertur autem ſi dirempta ſyllaba eſt
Nominis uerbiue: cuius cum latinis ſermo ſit:
Expuli cum dico: & Exta: ſeu quis excuſſam comam
Dicat: aut Exlex: & illud hoc ſine Exquiram prius
Adde & Exſortem uel iſtis ſimile ſi quid finxeris
Muto uel partem prioris ſi fit hirtum ſylllabæ:
ECFER ut dicam: uel illud hoc tibi EFFECTVM dabo.
Verba contra ſeparata quando ſic cõnectimus
Hanc ut ante deſinentem ſubſequatur conſonans
E. ſat eſt ſolum locare: quia duplex eſt conſona.
Tres uidentur ſyllabam unam conſonantes edere.
Hiſpidum quod porro ne ſit dico &. E. bello uiros.
Dico &. E. pago reuerſos dico &. E. foro domum:
Aſt. n. graius locabit quandocunq; hanc ultimam
Siue in uno comprehenſam ſiue uerbo pari
Conſonam nun qui iugabit quia ſono leui ſtudet.
Nam niſi uocalis adſit uertit hanc in ſimplicem.
Καππα. n. ſolum ſonabit σιγμα uero excluditur:
Sic & εκπληξαι loquuntur ſic & εκπερσαι πολιν
Sic & illud εκστοματοσ εκκεκοφηται ξιφη
Sic & εκπαντων ſolute ſic & εκνησου facit.
Litteras autem receptant ſæpe ternas ſyllabæ
Nec minus ſæpe & quaternas: porro quinas partius
Eſſe quia uocalis una debet una in ſyllaba
Vel duæ diphthongos edit: quando uocalem ſonum.
Inde rarum eſt conſonantes addere uni quattuor
Q uia uetat natura mutas iungere una in ſyllaba.
Semiuocales iugari ſæpius deprendimus:

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In quibus iam ſcimus udas computari quattuor.
Syllaba ergo quando quinq; litteris componitur:
Conſonas duas neceſſe eſt & tot udas copulet:
Poſſit ut uocalis una: ſyllabam talem dare.
Ergo FRONS & GLANS uidem⁹ eſſe quinas litteras
Cōſonans nam prima & uda poſt modo uda & cōſonans
O. tenent utrinq; iunctam: ſic &. A. cum GLANS erit.
Eſt & uda quando ſola dantur & tres alteræ:
Conſonans cum ſit bis una ſit ue duplex tertia.
STANT. n. cū dico uerbū. T. ſecūda. T. & ultima eſt.
STRIX ue ſi dicam ſupremam duplicem eſſe pſpicis.
Porro cum diphthōgos inerit: FRAVS ut ſcribi ſolet
Et tribus uidemus unam: quæ eſt uda conſonis.
Nec monet eſſe litterarum ſyllaba una ſex poteſt
Græca cum duplex duabus ſoluitur noſtratibus.
Dixerit ſi forte quidam SCROBS abunde foſſa eſt.
STIRPS uelut dixit diſertus Gracchus alter Gaius
Græcus hoc caſu nequibit ſyllabam talem dare
Nec dabit per ſe ſeorſam & reſiduam nominis
Aeque diphthongo coactam promet & pluraliter.
Nanq; declinare græcis ſæpe ſic αισχρους ſolent.
αι: prior ſi ſeparetur ſex erunt ſuperſtites
αρκτικου nā cernis eſſe σιγμα primum & ultimum:
Alteram diphthongos auxit copulando litteram
Conſonans & uda complent ſyllabam ſenariam.

NVNC per ipſas ire pergam ſyllabas: quæ uerſibus
Scrupulum ſolent mouere: ratio ſi non cernitur.
Sed quoniam exemplis heroi carminis uti
Res monet: ut pedibus ſiſtat ſua regula iuſtis.
Seu uitium inceſſit metri ratione probemus.
Aptius eſt nobis ſimili decurrere norma
Diſcolor alternos referat ne pagina uerſus:
Spectandis pedibus quæ ſunt nimis obuia mittam
Natura longas quid. n. tractare neceſſe eſt?
Aut facili poſitu & plana ratione patentes?
Q uæ pueris etiam promptum eſt occurrere paruis
Nec mihi græcorum ratio eſt attingere κοινας.
Q uarum rarus ineſt noſtris in uerſibus uſus:

Nec tanta in pedibus uenia conceditur uti
E breuibus quoties longæ redduntur oportet.
Verſificatorem quid littera quæq; miniſtret
Diſpicere: atq; aptas natura iungere ſecum
Vel diſcordantes mutatis uincere uerbis.
Conſona ſed ſane gemina eſt cum prædita uerbo
Seu medio in pede ſunt: ſiue has pes proximus inſert:
Q uā dubias pedibus ſoleāt adferre figuras:
Vt poſſum paucis nitar diſcernere uerbis.
Syllaba prima breuis quēcunq; pedem generabit.
Longa fit a geminis quibus indita conſona uis eſt:
Seu pariter iunctæ ſuberunt ue in parte ſequenti
Seu ſunt diuiſæ finemq; caputq; tenentes
Exemplis manifeſta magis reddenda uidentur.
POST quam res: prior eſt iunctis adiuta duabus.
Subiectis æque fiet cum dicimus AGROS.
AT Tu ſume pedum: diuiſas cernis utraſq;
Dactylon hæc eadem poterit toties dare formam
Q uando breuem mediam breuis æque tertia claudet.
NVNC age. NESCIO qs: nec non & BELgica collo
Vda etiam quocunq; loco ſeu ſubdita detur.
Libera ſeu uerbo quaſi conſona curret in uno.
ARMA uirumq; cano: duris agreſtibus ARMA:
Si ſit longa prior mox hanc correpta ſequatur
Vocalis uerbi pariter cum fine reſiſtens
Syllaba quæ adiaceat geminis exorta ſonoris
Non ſemper uideas ſpondæon poſſe creari.
Q uia mutas ita coniungi natura recuſat:
Vt pariter poni poſſint in parte ſequenti.
Vdas nec poſſis unq̄ præponere mutis
Nec tempus præſtant udæ cum ſubiiciuntur
Nominis in capite aut uerbi. ſupereſt igitur quid
Vt ſint diuiſæ ſubduntur quando trochæo
Vnam detineat ſequitur qua ſyllaba primam:
Atq; ita uocalis ſuperet non ſola trochæo
Altera ſuccedat qua proximus exoritur pes.
Et quis Cuiq; dolor uicto quæ gloria palmæ
Poſtquam Res aſiæ: geminum hoc exemplar habebis:
Ergo ut uocalis remanens in fine trochæi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et uerbi finem faciat ſpondæon & edat:
Vnicus efficiet caſus ſi qui ſequitur pes.
Naſcatur certis quas debet habere ſonoras
Dum caput obtineat fortiſſima littera uerbi.
Hæc quæ ſit iam ſcire potes ſi prima tenebis
Q uæ tibi cum loquerer ſeptem quoq; ſemiſonantes.
Diſcreui: titulo & numero ſignante notaui.
Hæreat ergo animo ſexta hinc tibi uiuida parq;
Littera de numero quam dixi ſemiſonantum
Q uæ ſibi tres tantum poterit ſubiungere mutas.
Si quando SCVTVM SPVMAS uel ſtamina dico.
Hæc ſola efficiet nudo ut remanente trochæo:
Spondæum geminæ poſſint firmare ſonoræ.
Exemplis an praua ſequar: uel recta probato.
Q uiſq; SCIRE cupit uel quiſq; SCRIBERE curat
Ante STARE decet cum dico & ſeparo uerbum
Ante Steſichorum uatem natura creauit.
Vltima uocalis remanens finiſq; trochæi
Excipitur geminis: quis proximus exoritur pes:
Q uæ quāq̄ capite alterius uerbi teneantur
Sufficiant retro uires & tempus oportet.
Conſona quod debet geminata referre priori:
Nam cur ſpondæo credas non reddere tempus
Q uæ tali poſitu cum dactylus incidit obſtant.
INCIPE ſi dicas & SCIRE aut SCRIBERE iūgas
C reticus efficitur quis uiribus ergo nocebit?
Subdita præteritæ cur hiſdem uiribus æque
Tempora non præſtet cum ſit ſubiecta priori?
Q uin mirum magis inuenias ut tempore duplo
Semiſonans iſtæc pariterq; & muta cohærens
Correptam retro nequeant augere trochæi.
Nam niſi uocalis producta ſequatur utraſq;
Tertia quas dixi nullum poterunt dare tempus.
Scire &.n. cum dico & ſtare Spumeus amnis
Tertia uocalis producta adiungitur illis.
Atq; inde accipiunt uires proſuntq; priori.
Si fuerit correpta nihil præſtare ualebunt.
Cum Scapulam: Spatiū. Stimulū ſubiungo trochæo:
Q uippe pedem primum niſi pes comitabitur alter

Deſinit eſſe caput uerſus & proſa loquela
Pes &.n. ſpeciem metri nunq̄ facit unus:
Q uin uariis pedibus loquimur ſermone ſoluto:
Nec metrum facimus quia fungimur ordine nullo:
Adde quod hic primum cernis nutare trochæum
Q uem tantum in fini ſumunt hæroica metra.
Cui ſi dactylici generis ſubiungitur alter:
A geminis ortus cui ſit quoq; tertia longa:
Cum fit dactylus ipſe ſimul quoq; reddat oportet.
Spondæum pleno qui tempore ſolus egebat:
Cum correpta adeo uocalis tertia curret:
Si poſitu longa efficitur: pedis efficit orſum:
Dactylicumq; parat iam rite effingere metrum.
Suggerit & tempus quantum producta ſolebat.
Q uod nos exemplis æque firmare decebit.
Vnde SCISSa coma eſt: aut unde SPISSA corona.
Ecce STAGNA madent triplici ſic ſyllaba pacto.
Temporis acceſſu non tantum eſt reddita longa.
Sed dedit & uires geminis augere trochæum.
Dactylus in breuibus uocales quando ſupremas
Seruabit uerbiq; ſimul cum fine reſiſtet
Si pedis alterius primordia conſona & uda
Subnectent: pes incolumis uegetuſq; manebit.
Conſona ſi gemina eſt qua proximus incipiet pes
Cuius principium ſexta hæc quam dico tenebit:
Dactylus ille prior q̄uis ſermone peracto:
Diſcretus liberq; pedis compage ſecundi:
Sentiet acceſſum momenti & temporis auctum:
Exemplo uerſus unius utrunq; probabis:
Ante ſupinatas aquiloni oſtendere GLEBAS
TENDERE cum uerbi finem ſimul & pedis explet
Nil obſtant pedis alterius modo conſona & uda.
Syllaba ſi contra ueniat qualem modo dixi
Temporibus uitiatus erit pes integer ante.
Ante ſupinatas aquiloni oſtendere STrages.
Tertia ſi longa efficitur pes creticus exit.
Vel tu finge aliud dum talis ſyllaba detur
Sed nullam inuenies niſi littera ſit prior iſta:
Q uæ ſexto proſcripta loco eſt: atq; ordine earum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Dimidium uocis quas edere diximus ante:
Syllaba difficilis quoties correpta ſecunda
Indiget auxilio:quo tempora bina miniſtrat.
Dactylus inde magis ſpondæus rarior exit.
Nam cum finitur uocali ſermo:trochæum
Deſſituens.iam pes in dactylon ire uidetur.
Inq; breues geminas longam laxare ſecundam:
Spondæus quo more ſolet dare dactylon ex ſe.
Q uippe ubi ſola manet uerbi uocalis in imo
Et breuis hæc abſciſſa etiam comitemq; requirens:
Nullaq; conſona iuncta parat dare temporis auctum
Nil iam ſpondæo uideas ſupereſſe relictum.
Vel tu ruricolæ primum decurre Maronis
LIBER & ALMA CERES.& FERTE SIMVL Dryadeſq;
MVNERA VESTRA CANO.& ſtudiũ cui PRIMA Frementẽ.
IPSE NEMVS tunc DIQ VE DEæq; atq; ARVA Tueri.
Q VIDVE NOuas:& Q VIDVE SAtis:& TEQ VE SIbi mox.
NEC TIBi regnandi ueniat tam DIRA Cupido.
ANNE NOuum:nunc IPSE TIBI plus PARTE RElinquit.
VERE NOuo gelidus canis:& TAVRVS Aratro.
Et quid Q VAEQ VE Ferat regio:& quid Q VEQ VE REcuſet.
Bis decies unumq; ſupra niſi fallimur ecce
Dactylon efficiet talis quem dico trochæus
SPondæum & nullum potuit dare uerſibus iſdem.
Nanq; etiam duplex quæ nobis una relicta eſt
Principium uerbi quoniam proferre latini
Non ualet & tantum uocalis ſubdita currit:
Cum græcum inciderit nomen quo poſſumus uti
Si poſt dactylon accedat nil tempora duplo
Officiet gemini poterunt quod pandere uerſus.
Pontibus inſtratis coniunxit littora Xerxes
Sanguine turbatus miſcebat littora Xanthus.
LITTORA pes longa conſtat breuibus quæ duabus:
Tempora nec lædit duplex quin dactylos extet.
Pro duplici contra gemina eſt ſi conſona lædit.
Pontibus inſtratis coniunxit littora SCIRON
In tantum uegeta eſt & uiuida littera ſexta:
Cum prior eſt & muta loco ſubiecta ſecundo:
Arcticon id circo Stœchion græcia dixit.

Sed non principium nunc nominis incohat ipſa:
Cum duplicem reddit ſequitur ſed pone priorem.
Cum XANTHVM XERXEN aut XVTHVM & talia pono:
Nam.ξ.quod græcis cõmune uidemur habere
Καππα & σιγμα facit non σιγμα &.K.ſecundo.
Nec ſonus ex illis idem nec littera prima.
Q ue cum mutatur:mutatur origo ſonandi:
Sic ξερξης duplicem præſtat σκηρων aliquid plus
Vt ſupra oſtendi cum ſcire & ſcribere curas
Vel SCVTVM: SPATIVM: SPVMAS: aut STAMINA dixi.
Imo uelim ſpectes q̃ multa occaſio detur.
Cum remanet nutans etiam:dubiuſq; trochæus.
Dactylus ut crebro ſpondæus rarior extet.
Syllaba uocali quando eſt finita ſecunda:
Tertia uocalem ſi ſubiicit hiſcere credas:
Eſt tamen exemplum uocalis conſona ſi fit:
Ante IOVEM nulli ſubigebant arua coloni.
Vocalem mediam ſi conſona ſuſcipit una
Dactylus incolumi conſtabit lege ſonoq;.
Ante Tibi eoæ Atlantides abſcondantur.
Conſona ſi mediam determinat altera porro
Vocalem adnectet ſimili pes lege probatur.
VENIT ET upilio:tardi uenere ſubulci.
Si mediam uocalis habet quam conſona & uda
Excipiunt:nequeunt geminæ uexare priorem
VNDE TREMOR terris:aut hoc percuſſa Tridenti.
Dactylus efficitur:nam longa eſt reddita prima:
Et mediam nil uda iuuat:quæ ſubdita currit.
Sic manet VNDE BREVIS. ſic & Precuſſa TRIDENTI.
Syllaba ſi contra fortiſq; & uiuida detur:
Vnde SCIRE potes percuſſa ſpumat harena:
Reddet ſpondæos iuſta ratione locatos.
Nec modo quia uerbo finem facit VNDE putato
Sic cecidiſſe magis ſermone notabis in uno
Congruere:ut caſſæ pariter ſint conſona & uda:
Et ſolem geminum:& DVPLICES ſe oſtendere Thebas.
Et DVPLICEM mediam non poſſit reddere longam.
Perſpicis udarum q̃uis modo fiat inanis
Subiectæ quotiẽs & iuris ſunt alieni:



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Hoc & diuerſa melius ratione patebit:
Vocalis mediæ nam quando reſidet in udam
Tertiaq; accedens ſimilem geminauerit udam:
Spondæus plenus reddetur temporibus pes.
ATTOLLITq; animos pœnorum qualis in aruis
Et TYRRhena pedum circundat Vincula plantis:
Nec non uocalis primæ ſi quamlibet udam
Contineat: ueniensq; aliam ſubiecerit udam:
Præpoſitam longæ ſpondæon cernimus edi.
PALlenen hun & nymphæ ueneramur & ipſæ
Tyrrhenas i ſterne acies: tege pace latinos.
Si fuerit correpta ſequens: & tertia talis
Iungenda eſt: pes ſic geminis fit dactylus udis:
Spondæum qualem geminæ fecere priores.
PALLADIA gaudet ſylua uiuacis oliuæ
PARRHASIO dictum panos de more lycæi.
Cur tantum ualeant udæ modo reddita cauſa eſt.
Conſona quia uis eſt illis nunc libera: nanq;
Vtraq; complexu alterius nec ſubdita currit:
Inter uocales poſitas nam cernimus ambas
Quattuor udarum primam quartamq; uidemus:
In pedibus uarias effingere poſſe figuras.
Vda ſecunda ſed his: & tertia diſſimiles ſunt.
Conſona nulla poteſt quoniam ſociare ſecundam
Sermone in noſtro: ſicut poſitum ante tenemus.
Tertia non aliter mutæ ſubiungitur uni.
Quã quotiens GNæũ GNarum: GNatũq; loquemur
Syllaba dum primas habeat geminiſq; creetur.
Has etiam geminas pedibus ſimiles dare formas
Inuenies: geminæ quod prima & quarta dedere.
Talia FLAMMATO ſecum dea corde uolutans.
Non ANNI domuere decem: non mille Carinæ
Quam Multa in tectis: una cum gente tot annos
Dactylus hinc etiam reddetur talis ut illic.
Quem Mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum.
ANNVVS exactis completur menſibus orbis.
Nec non & mutas geminas componere poſſis.
OBBA & TVCCA uelut: muris uelut addit AGGer
OPPius aduenit: comes eſt quoq; TETTius illi.

Vda igitur nunq̃ præbebit ſubdita tempus:
Præbebit uerbo deprenſa aut nomine eodem.
Replet cum dico ſubiecta eſt uuida mutæ.
ATLAS ut græca: ſic profero uoce latina.
Vda ſecunda utinam noſtra ſic uoce ſederet
Exemplo ſat erit. qui dixit membra PYRACMON
Tertia tum CYCNVS & quarta frequẽtior his eſt.
Nam mutis docui ſubiectam hanc omnibus eſſe.
FABRICIVM dixit: Sacrum qui limite Quadret.
AGRICOLA & Vepres: dixit ſaliere per Vtres
Tempora ſic præbent Vdæ cum ſubiciuntur.
Si par ſermonis perſtat nec fine Trochæi
Finitur: geminæ præbebunt tempora mutæ:
Quæ ſecum iungi poſſunt: ut diximus ante.
Siqua prior: ſeu poſterior correpta locatur
Sermonis dixi non hanc pedis eſſe priorem
Cum prior eſt duplici exemplo contentus abito.
Et genus inuiſum: & Rapti: prior hic breuis eſt RA
Longa fit a geminis quas proxima ſyllaba præbet.
Eiuſdem uerbi nam. P. ſequitur ſimul &. T.
Quam facile accipiter SAXO ſacer ales ab alto
Pro geminis duplicem recte ſubiungere poſſis.
Sic reddunt longas: quod dudum poſſe negaui:
Finitur quoniam pleno tunc ſermo trochæo.
Nunc ſermo incolumis ſibi uires ipſe miniſtrat
Viuida nec præſto eſt totiens tibi littera nota.
At quotiens correpta ſequens eſt ſyllaba poſſe
Spondæum fieri ſi ſyllaba tertia tales
Subſtituat geminas: exempla tibi totidem do.
Efficit obiectu laterum quibus omnis ab alto.
Nunc illa Exceptum correptas cernimus ambas
Sermonum uoces poſitas in parte ſequenti.
Sed tamen has etiam reddet tibi ſyllaba longas.
Tertia quæ geminis conſtat ſubiecta ſonoris
Quia ſermo ipſe manet nulloq; eſt fine reciſus.
Forſitan hunc aliquis uerboſum dicere librum
Non dubitet: forſan multo præſtantior alter
Pauca reperta putet. cum plura inuenerit ipſe.
Deſes & impatiens nimis hæc obſcura putabit.

Pro captu lectoris habent ſua fata libelli:
Sed me iudicii non pœnitet. hæc bene uobis
Commiſi: qnibus eſt amor & prudentia iuxta:
Et labor in ſtudiis ſemper celebratus inhæret.
Vos ſequar in ueſtro ſatis eſt examine cautum.
Hæc ego cum ſcripſi bis quinis menſibus æger
Pendebam ambiguũ trutina ſub iudice corpus:
Alternum nutans & neutro pondere ſidens
Nam neqꝫ mors auide nigros pandebat hiatus:
Nec uitam forti retinebant ſtamine parcæ.
Sic uarios tam longa dies renouando dolores
Duxit ad hoc tempus: ſemper ſine fine minando:
Cum potui tamen obrepens incepta peregi:
Quo uitæ dubius uel ſic uixiſſe uiderer.

## DE VOCE

NVLLA uox humana conſtat abſqꝫ ſeptem litteris:
Rite uocales uocauit quas magiſtra græcia.
Quicquid audis præter iſtas pars ſoni non uox erit:
Quinqꝫ contenta eſt figuris romuli latinitas.
Η. & . ω. longas. n. nos non habemus litteras:
Nec breues ſemper uocamus his duas contrarias.
Cæteras tres: quæ ſuperſunt: dichronas cognominãt:
Corripi quod ſæpe eædem ſæpe produci ualent.
Porro cunctas noſter uſus quinqꝫ uocales ſuas
Corripit: quod nunc eaſdem nunc eaſdem protrahit.
Vtitur longis ſed hiſdem breuibus æqꝫ fungitur
Nec breuem ſemper requirit ſemper aut quæ longa ſit
Omnibus ſed quinqꝫ ſemper utitur ceu dichronis.
In breui ſed tempus unum eſt: bina longæ poſſident:

## De SYLLABIS.

VNA uocalis iugata conſonanti aut pluribus
Syllabam reddat neceſſe eſt: ſyllabam græci uocant
Ore quod ſimul profectæ copulant unum ſonum.
Vinculum nam ſignat iſta congregale dictio.
Et tamen uocalis una quando pars ſermonis eſt:
Syllabam dici neceſſe eſt cum ſit una littera.

## DE POSITIONE LONGIS.

CVM breuis duas habebit adiacentes conſonas
Siue ſecum uel ſequenti copulatas ſyllabæ,
Singulæ uel diuidentur: longa fiet e breui.
Non ſecus producta quaſi temporis dupli foret.
Nec minus longam probamus: una cum duplex erit
Quia duarum conſonantum uim ſuo præbet ſono.
Vel gemellis coniugamus ſyllabam uocalibus.
Miſceant ſonum neceſſe eſt. iure diſtent temporum
V. & . E. ſimul iunctæ uel cum illa ſingulæ
Quinta quæ uocalis eſt: longam creabunt ſyllabam
I. & . V. non hoc ualebunt ſiue præſint alteri
Vel ſibi cum copulantur: quia prior fit conſonans:
Illa quæ remanſit: inde tempus unius tenet
Sine duplũ quale & omnis quando producta eſt habet
O. cum. E. tantum iugatæ longa ſemper ſyllaba eſt.
Cum duas ſermonis uſus compræhendit ſyllabas.
Hoc ut exemplis probemus reſqꝫ ut omnis clara ſit
Ante quæ natura quæqꝫ ratio ſit dicam pedum.
Sed prius nitar docere ſimplices quos nominant:
Vna uis quod ſyllabarum eſt: quando binos ſcandimus
Ergo cum duas uidebis eſſe uinctas ſyllabas:
Effici pedem neceſſe eſt: ſint breues ambæ licet.
Vna longa non ualebit edere ex ſeſe pedem.
Ictibus quia fit duobus non gemello tempore
Breuis utrinqꝫ ſit licebit: bis feriri conuenit:
Parte nam attollit ſonorem parte reliqua deprimit.

## De ARSI ET THESI

ARSIN hanc græci uocarunt: alteram contra θέσιν
Vna porro bis feriri quando poterit ſyllaba
Temporum momenta ſane lege certa diuidunt
Seu duas: pes quiſqꝫ iunget ſiue plures ſyllabas.
Aut. n. quantum eſt in ἄρσει tantum erit tempus θέσει.
Altera aut ſimplo uiciſſim temporis duplum dabit
Seſcuplo uel una uincet alterius ſingulum.
Quicquid iſtis diſcrepabit abſonum reddet melum
Latius tractant magiſtri rhythmici uel muſici
Non uiam metri ſtudemus parte ab aliqua pandere
Ergo cum reddenda rurſus hæc erit diſtinctio:
Qua pedum natura poſcet ſatis habebo attingere.
Nunc pedes accedo primos quos uocant diſyllabos.

## DE PEDIBVS DISYLLABIS.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

PRIMVS ille eſt iure primus ηγεμων qui dictus eſt.
Auctor & ductor melorum qui duas breues habet
Ante.n.breue eſt creatum:redditum longum dein.
Sicut unum numerus anteq̃ ſecundum prodidit.
Ergo natura repertus iure princeps dicitur.
Ante quem non eſt creatus:quem ſecuntur cæteri.

De PYRRHICHIO ET SPONDAEO

διβραχυν dixere græci:quod ſit ambabus breuis.
πυρριχιος idem uocatur:quippe & aptus pyrrhichæ.
Tam cito motu recurſat:q̃ breues hi ſunt ſoni.
Tertium det recto nomen lege nam metri uetor.
παριαμβος nanq; dicunt:ſi probatis εκτασιν.
Ars uetat primæ negare ſpatia bina ſyllabæ
Reddere autem pedibus hiſdem plura cogor nomina.
Ne quis erret quando nomen aliud alibi inuenerit:
Ac putet pigrum uel artis uſq; ad iſta neſcium.
Huius exemplum uidebis eſſe:cum dices HONOR.
Eſt huic aduerſus ille qui duas longas habet.
Syllabis compar priori:temporis duplum merens.
Qui quod in templis canorus a ſono uocis malæ.
Auribus libantis obſtat & fauet SPONDEVS eſt.
Hunc ſonabis:ſiue REGES:ſiue CIVES dixeris.
Verum uterq; quantum in arſi tantum habet in theſi.
Temporum menſura diſpar:lex ſoni communis eſt.
Qui breuem primam tenebit:deinde longam ſyllabã:
Erit IAMBVS pes uirilis:acer:& raptim citus.
Nec minus currit TROCHEVS lege uerſa temporũ
Syllaba longus priore parcior nouiſſima.
χορειος idem nuncupatur a magiſtris plurimis:
Terna rite partientur ambo uicibus tempora
αρσις unum poſſidebit:quando IAMBVM partior
Fiat alternũ neceſſe eſt cum TROCHEVM diuides.
Vis IAMBVM: dic PARENS:uis TROHEVM: ROMA dic:
Hactenus uiciſſitudo uertitur diſyllabum:
Nam quater reciprocantur numerus & tempus dulpex.
Octo porro procreantur:quos uocant triſyllabos.
τριβραχυν primo loquemur:tunc ſequentur cæteri:
Vt pedes ſibi recurſant temporum aduerſi uice.
Nanq; huic aduerſus ibit:qui tribus longis patet.

Hunc MOLOSSVM nominarunt:hunc & ιππειον uocant.
Temporum tria ille habebit:iſte duplo tenditur
Quæ tamen cum partieris: ſimpla duplis reddito.
Forma talis eſt minori:ANIMA quando dicimus.
Hic trilongus tunc ſonabit:quando ROMANVS loquor.
Qui breues primas habebit atq; longam tertiam:
Is erit αναπαιστος ſatis uides quot ſit iſte temporum:
Verſus hic nuſq̃ uacillat:hoc ſuo reddam loco.
Huius exemplum tenebis quando POPVLOS nominas.
DACTYLVM poſt hunc loquemur . nam priori aduerſus eſt.
Ordinis ſitu repugnans:temporum conſors modo.
Nam breues longam ſequuntur quando dico ROMVLVS.
Horum uterq; tempus æquum librat arſin cum theſi:
Cum duas longas ſequetur una breuior ſyllaba.
Pes erit βακχειος αντιβακχειος autem tunc erit
Cum breuem primam locabis & duas longas dein.
Nomina aut uertes uiciſſim:cum priorem dixeris:
Antibacchium nominato qui redit contrarius.
Temporum menſura par eſt bina ternis appara.
Vt pedum natura poſcet ante uel retro breuem:
Forma ut eſt ROMANVS ille:ſic CATONES alteri:
Septimum pedem loquemur quem uocant αμφιβραχυν
Cum duæ breues utrinq; media longa ponitur.
Quale ſi uelis AMOENVS aut AMICVS dicere:
Arſis hinc ſumat neceſſe eſt tria priora tempora.
Et theſi relinquat unum uel licet uertas retro.
Arſis uno ſubleuetur deprimant theſin tria
Par pari figura non eſt:pugnat unum cum tribus.
Nec modum dupli rependit:nec tenetur ſeſcuplo
Exigunt idcirco talem qui ſequuntur muſicam.
Pes adeſt ſupremus uno acto de tribus ſyllabis.
αμφιμακρος hunc priori perſpicis contrarium.
Nam duæ longæ receptam continent intus breuem.
ROMVLOS ſi nominemus APVLOS aut DORICOS.
Seſcuplo metimur iſtum:quinq; nam ſunt tempora.
Nunc duo ante tria ſequuntur nunc tribus reddes duo.
Italum ſi quando mutat graius accentus ſonum.
APVLOS nam quando dico:tunc in arſi ſunt duo:
SOCRATEM graius loquendo reddet in theſi duo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

CRETICVM appellant eundem ſorte curetum genus.
Q uo modos ludo ſub armis congruentes ſuccinat.
Primus iſte pes locatur his ubiq; in uerſibus:
Optimus pes & melodis & pedeſtri gloriæ
Plurimum orantes decebit quando pene in ultimo:

Q VI PEDES IN VLTIMO ESSE DEBEANT

OPTINET ſedem beatam terminet ſi clauſulam
Dactylus: ſpondæus imam: nec trochæum reſpuo
Bacchicos utroſq; fugito: nec repellas tribrachyn.

DE SOLVTIONE PEDVM.

PLENIVS tractatur iſtud arte proſa rhetorum:
Nam ſolet longam trochæus ſoluere in duas breues:
Vnde & appellant trochæum: quem uocamus tribrachyn
Nec minus frequens iambus tribrachyn ex ſe creat.
Soluit & ſpondæus unam cum propagar dactylum
Cum prior ſoluetur eo.& dactylo contrarium.
Amphimacros ſæpe primam ſæpe ſoluit tertiam.
Q uin & ambas ſæpe ſoluens: quinq; componit breues
Verſus eſt ut ille noſter: quem probare debeo.
Regulam reddemus omnem debito metri loco:
Nulla enim longa ſolui per duas breues poteſt:
Dum ſuo pedi reſeruet præſtituta tempora.
Syllabarum nihil nocebit longior progreſſio.

DE DVPLICIBVS PEDIBVS

NVNC incipiam bis geminos pedes referre.
Q uaſi ſi repetam quos docui diſyllabos iam:
Vnum ut faciant duo pariter pedes iugati.
προκελευσματικοσ primus erit: breues habebit
Hic quattuor omnes: duo quia ſunt pariambi
Hunc efficiet MINVCIVS ut quis uocitetur:
Verſum dabo quo regula nota fiat omnis
PERIT ABIT ALIPEDIS ANIMVLA LEPORIS
Nunc nos pedibus ſcandere conuenit iugatis.
Trimeter erit: tribrachys in fine reſiſtet.
Pariambon habebit: ſimul & ſemipedem imum.
Catalexis.n.dicitur ea clauſula uerſus
Detracta ſit ut quarta pedi ſyllaba quarto:
Q uam ſyllaba uel pes numeri datus minoris
Ita terminat ut diſcrepet id quod inde præſtat.

Aduerſus huic tempora bis quaterna ſumet.
διισπονδειοσ hic dicitur ecce nomine ipſo:
Debent duplici tempora ſinguli quaterna
Rhytmis magis hic iugiter inuenitur aptus.
Anapæſtica nec non uariantur inde metra.
Q uaſi ſi duos in tempora qui quaterna reddunt.
Cum prima breuis longa dein tertia longa.
Poſt quarta breuis ſyllaba continebit omnes.
Hunc promit iambus: geminum facit trochæus
Pes nomen habebit quod in hoc referre metro:
Longæ prohibent ordine tres ſimul locatæ.
αντισπαστον.n. mage lex heroica promet.
Eſt forma TARENTINA uelut MOENIA dicas
Claudunt medias quando breues utrinq; longæ.
Eſt ante trochæus ſequitur dehinc iambus.
Idcirco gemellum uocitarunt χοριαμβον
Nam qui chorios dicitur & trochæus idem eſt.
Exemplar in iſto facile eſt locare uerſu.
Si ROMVLIDAS dicere quis uelit Q uirites:
Sin prima breuis longa ſequens: itemq; rurſus
Sibi conſimiles ordine quo duas locaui
Hunc rite uocant quia geminatur DIIAMBON
Duplicemq; trochæum uocitarunt διτροχαιον
Eſt forma prioris quaſi ſi CORINTHIOS quis
Itidemq; ſequentis quaſi GALLICANE dicat.
Nunc reddo duos nomine quos ιωνασ ambos
Diſcrimine ſignant: dedit ordo quod locorum.
Longas ſiquidem quando prius locamus ambas:
Deinde breues ſubdimus: ut putes priorem
Spondæon oriri comitem mox pariambum:
απομειζονοσ illum memorant IONICORVM
At qui breuibus præpoſitis deinde longas
Acceperit απελασσονοσ hunc iubent uocari.
Nomen tibi quid deligo quo notes priorem:
Cum uerſibus iſtis totiens recurrat hic pes.
Longas geminat: qui prius & iugat minores
LAVINIA cum dicimus: hæc tamen figura eſt.
Metrumq; facit: SOTADICON quod uocitarunt.
Q ui multa ferunt hoc pede Sotaden locutum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

απελλαδδομος autem cui nomẽ indiderunt
In nomine ſic eſt Διομηδης metron autem
Non uerſibus iſtud numero aut pedum coartant:
Sed continuo carmine pedes gemelli
Vrgent breuibus tot numero iugando longas.
Idcirco uocari uoluerunt συναφειον
Anapæſtica fiunt itidem per συναφειον
Verſus tamen & non minus inde comparatur.
Q ui ſæpe pedes tres habeat uel ille plures
Catalectica quos ſyllaba terminat frequenter:
Solet integer anapæſtus & in fine locari.
απελλοσσομος unq̃ numero non cohibetur
Senſum quotiens terminat:aut carmina finit:
Longas ratio eſt ponere non breues in imo.
Pes ut integer ſit geminus ſimulq; in aure
Dulcem ſonitum tempora longiora liquant
απονειζομος autem breuior quod eſt ſecundis:
Verſus male ne deſinat adhibentur in imo:
Q uas prima pedis portio longas habet ambas.
Ita uerſus erit de tribus & ſemipede uno.
Tres dico iugatos fieri ſemipedem unum.
Et PAEONICI nominis ambo ſunt quaterni.
Is primus erit longa cui locata prima eſt:
Q uam continuo tres aliæ breues ſequuntur.
Tu pone trochæum prius & mox pariambon.
CAECILIVS erit conſimilis pedis figuræ:
παιωνα SECVNDVM faciet ſecunda longa.
Fiet hinc iambus prior & dibrachys alter:
Dicat quaſi ſi quis magis hunc HORATIVS uult
Hoc ordine fit TERTIVS ut ſit pariambus.
Prior & ſocium poſt ſibi copulet trochæum
MENELAVS ei nomen erit ſimile locatum
Q uartum quoniam quarta facit ſyllaba longa:
Subiungit iambum prior hic pes pariambus.
Apto ſimiles nomine πελωνιδαι ſonabunt:
Et επιτριτος æq; genus eſt pæonicorum.
Totidem pedibus quia uarius tempore differt
Septena &.n.tempora ſinguli tenebunt:
Cum pæonici poſſideant quina priores

Cum prima breuis ſyllaba longæ ueniunt tres
His primus habetur pedibuſq; poſt ſecutis
Ex ordine ſunt nomina quem breues tenebunt
SPONDAEVS IAMBVM ſequitur quãdo priorẽ
Prima ſi breuis eſt επιτριτος hic PRIMVS habetur
Migrante breui conſequitur pedem trochæum.
Idcirco SECVNDVS uocitatur alter hic pes
Vt tertius ille eſt breuis ubi tertia currit
Spondæos in hoc fit prior eſt ſequens iambus:
Ideq; mãet cũ faciet Q VARTO TROCHAEVM
Q VARTVM quoniã pſpicis hũc EPITRIton eẽ.
Verſus ſimiles non ſinit hic dari figuras:
Vt quibo tamen diſparili notabo metro.
Primus AGYLLINOS pes efficit alter αρχιληδην
Δημοσθενης fit tertius quarto loco
Q ui currit poterit quaſi Χωδωριος haberi.
αρσιν quoties in geminis θεσινue quæres
Sex æqua pedes tempora diuidant oportet:
Binas pariles qui ſibi ſyllabas habebunt:
προκελευσματικος bina dabit ſequens quaterna
Q ui ſena tenent tempora terna partientur.
At quando genus finditur hoc IONICORVM:
Longis dare nos tempora conuenit quaterna:
Et bina duabus breuibus dari neceſſe eſt.
SEruare uices ammonet ordo longiorum.
Impar numerus PAEONICIS utriſq; coget.
Aptare duobus tria:uel quaterna ternis
Seſquata fere quod numeros pars ſecat iſtos Seſqualtera
Perſpecta regula pedum ſi ſatis uidetur:
Iam poſſumus ipſis animum adplicare metris:

DE METRIS.

HEXAMETRI DVO.

HEXAMETROS tradit genitos duo pria uetuſtas
Heroicus ille eſt:hunc uocant iambicum:
Nam pedibus ſenis conſtare uidemus utrunq;:
Diuerſa q̃q̃ lex ſit ambobus pedum.
Additur hæc gemino non obſona fabula metro:
Seu uera res eſt:ſpectet auctorem fides.
Cum puer infeſtis premeret pythona ſagitis

Apollo:delphici ferũtur accolæ
Hortantes acuiſſe animum bellantis:ut illos
Metus habebat:aut propinqua adoria.
Tendebat geminas pauida exclamatio uoces
ιηι επαιαν ιηι επαιαν ιηι επαιαν.
Spondæis illum primo natum cernis ſex
Ex parte uoces concitas læti dabant.
ιηι επαιαν ιηι επαιαν ιηι επαιαν.
Et hinc pedum tot ortus eſt iambicus.
Hæc ſibi quæq; prius diſtinguere metra paramus
Heroa primo mox adire iambica.
Alternæ ne quem impediat confuſio ſyluæ
Quæ lex ſit ipſis:quæ ſit iis:quæ procreant
Partibus adiectis detractis quæ uarientur:
Poſt hinc deinde quanta compages nouos
Alternet uarietq; modos:mutatio quantum
Commendet:& ſi non ualebo plurima
Attingam uel pauca tamen:nam pandere prima
Prodeſt frequenter artium ueſtigia.
Vim propriam pedibus fida cito reddito mente
Ne dum requiris tarda ſit diſpectio.
Spondæus uerſum quo primum diximus ortum:
Vim ſuam tuetur hexametris heroum.
Nomine nunc proprio nunc debita tempora reddens:
Sub alterius conſonat uocabulo.
Ex geminis longam ſoluet ſi quando ſequentem
Fit dactylus:triſyllabis tempus manet:
Si prior in geminas ſoluetur longa minores
Tum pes recurret dactylo contrarius.
Tempora ſed q̄q̄ totidem defendat uterq;:
Heroa fiunt pulchriora dactylo.
Hæc contra uitiant incurrentes anapæſti:
Poſt dactylum ne quattuor iungas breues.
Poſt autem ſpondæum ueniens ſic mutet oportet
Vt iſte uerſus iam docet legem metri.
Ergo ſpondæus plerunq; in dactylon ibit:
Nec intereſt uel quo loco nel quam frequens.
Nam ſæpe alterni gemini nunc ſæpius alter
Species reformant plurimas in uerſibus.

Quas longũ credo perſcribere cum ſibi cunctas
Legendo poſſit annotare quilibet.
Hoc ſat erit monuiſſe:locis quod quinq; frequenter
Iugem uidemus inueniri dactylum.
Sed non & ſextum pes hic ſibi uindicat unq̄:
Niſi quando rhythmum non metrum componimus
Nanq; metrum certiq; pedes numeruſq; coercent:
Dimenſa rhythmum continet lex temporum.
Spondæus partem ſemper ſibi uindicat imam.
Dat & trochæo qua diſyllabo locum.
Nec damnum importat tria qui ſua tempora ſubdit:
Quæ quattuor ſpondæus expleret magis.
Debita nam ſpatii recipit quaſi tempora uerſus:
Dum iungit imis conſequens exordium.
Omnibus in metris hoc iam retinere memento.
In fine non obeſſe pro longa breuem.
Præterea pes nullus erit qui rite locetur
Laudem mereri ſi uoles poeticam.
Hexametron dicunt ſed non heroicon omnem
Nam ſex pedes ineſſe non erit ſatis.
Leges quippe datas heroica carmina poſcunt:
Quis acta homerus heroum cum ſcriberet.
Verſibus oſtendit quas:æq; ſermo latinus
Cuſtodit omnes & pedes ſolos probat
Quos ſupra poſui græcis & creticus aptus
Bacchius etiam ponitur pro dactylo.
Creticus in noſtris ſi læuia carmina pãgas
Raro inuenitur qualis hic maronis eſt.
INSVLAE ionio in magno quas dira Celæno.
Creticus offendit pes primus & aſperat aures
Dabo & latentem ſed notandum creticum.
SOLVS HIC inflexit ſenſus:nam primus & iſtic
Pes longiorem tertiam dat ſyllabam.
C.geminum quoniam ſermonis regula poſcit
Vt fiat hicce plena uox excluditur.
Vocalis dabitur nec conſona pellitur ulla
Niſi quæ duabus obſtat una uocibus.
Cum uenit in medium uoceſq; oblimat adhærens:
Bis ſenus iſtam litteram monſtrat locus:

Aut geminum in tali pronomine ſi fugimus. C.
Spondæus ille non erit: qui talis eſt.
HOC illud germana fuit: ſed & HOC erat alma.
Iambus ille fiet: iſte TRIBRACHVS.
Has autem leges heroicus omnis habebit:
Cum poſt duos pedes relicta ſyllaba eſt.
Si plenum abſoluet uerbi uel nominis inſtar.
Orationis iſta uel quæ pars erit.
Hoc ϖενθιμιμερεσ medium de quinq; uocatur
Hanc & TOMEN dixere: forma talis eſt.
TITYRE TV PATVLAE ꝯcludit ſyllaba nomē:
Duos pedes ſecuta fit ſemipes.
Talis in heroo laudatur regula uerſu
Locumq; primum poſſidet: quia prima fit.
Nec minus hanc laudant qui dat menſura ſecundam
Poſt tres pedes ut una nomen terminet.
Hāc HEPHTEMIMERIN nūeri de parte uocarūt
Quia tres pedes & una ſeptem diuidunt.
INDE TORO PATER AENEAS exēplar hēbis
Poſt tres pedes reperta nomen integrat.
Horum ſi nihil eſt ſpecta ne forte trochæus
Sit tertius. fineſq; det uocabulo.
INFANDVM REGINA datur loc⁹ ecce trochæo:
Quem poſt duos pedes uidemus tertium.
Nec uitium medio in uerſu deprenſus habebit
Quem dactylum ſecuta faciet ſyllaba.
Nam ſequitur Regina IVBES prior inde trochæum
IV breuis ſecuta reddit dactylum.
BES hinc quæ remanet connectit cætera uerſus
Membra: at trochæus tantum erit nouiſſimus.
Et quartum tradunt ſimili ratione trochæum:
Exemplum & eius uix & ipſi conlocant.
Nanq; ex prædictis pœne eſt ut regula quæuis
Inuenta: uerſum comprobet quam ſic uacet.
Quandoq; ut quartum contingat habere trochæum
Exemplar eius tale confici poteſt.
Quæ pax longa remiſerat arma nouare parabant:
Quartus trochæus ARMA fit rarum eſt tamen.
Harum ſi nulla eſt ſpecies deprehenſa magiſtri

Verſum recuſant: nec uocant heroicum.
Sed fortaſſe putes nullum contingere uerſum
Qui nullam earum regulam non incidat.
Rarum concedam fieri non poſſe negabo.
Apud Maronem talis incurrit mihi
MAGNANIMI IOVIS INGRATVM ASCENDERE CVBIle
Speties in iſtum nulla prædicta incidit.
MAGNANIMI IOVIS: eſt. n. tantum geminus pes
Sequiturq; nullus qui probatur ſemipes.
Inde duas longas pes tertius efficit INGRA
Orationis plena nec pars editur.
Et quartus TASCEN nec portio plena relicta eſt
Et DE ſequens longam priorem perficit.
Quintum nulla iubet lex obſeruare trochæum:
Nec eſt notandus unus in tot milibus
Hæ faciunt formæ uariari plurima metra
Quæ potero tangam: tu mihi leges tene

## DE PENTAMETRO VERSV:
## QVI ET ELEGIACVS DICITVR:

PENtametrum dubitant quis primus finxerit auctor:
Quidam non dubitant dicere Callinoum.
Hexametro cum quinq; pedum ſubiungitur iſte
Partes heroi dupliciter recipit:
Quas penthemimeris poſſit diſiungere forma:
Has ſi quis geminet pentametrum faciet.
Sed refert duo ſint: an dactylus unus in illa.
Cum duo ſunt: eadem bis repeti poterit.
Subiungam exemplum quo fiat planius iſtud.
DESINE MENALIOS DESINE MENALIOS:
Dactylus ut duplex non bis ſententia currat
DESINE MENALIOS MVSA REFERRE IOCOS
Hoc nec præpoſitum peccat: nec parte ſequenti.
Talis utriq; loco conuenit una tome.
Si primo ſpondæus erit: tum dactylus alter
Stabit: cōma prius non poterit repeti.
Talis erit uerſus hæc portio quam modo tracto:
POSTQVAM RES ASIAE claudicat ut repetas.
Vt ſtet cōma ſequens bis dactylus adſit oportet.
POSTQVAM RES ASIAE DESINE MENALIOS.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dactylus in primo poſitus ſpondæus adhærens
Non oberit primis: officiet reliquis.
Exemplum ponam parti quod congruat iſti
MVSA MIHI CAVSas diſcrepat hoc iterum.
Dactylus ergo duplex redeat mihi parte ſequenti:
MVSA MIHI CAVSAS DESINE MAENALIOS;
Spondæum duplicem quæ pars prior eſt bene ſumet
Peccat. n. tantum poſteriore tome.
Spondæos ante ergo dabis: pars cætera curret
O FORTVNATE DESINE MAENALIOS
Pars prior ergo pedum admittet quencunq; duorum
Dactylus in reliqua bis repetundus erit.
Scandunt pentametrum duo ſint quaſi cõmata quidam
Vt pedibus binis ſemipedes ſuperent.
Hos ſibi coniunctos ſpondæum reddere quintum
POSTQVAM RES ASIæ DESINE MAENALIOS
POSTQVAM RES ASIæ DESINE MAENALIOS.
At quidam in medio ſpondæum reddere malunt:
Semipedem & primum cum capite alterius
Iungunt: dactylico quæ fit de commate longa:
Inde duas promptum eſt ſic remanere breues:
His longam adnectunt qua dactylus incipit alter:
Cernis & hinc alias tot remanere breues.
Has ad ſemipedem iungunt in fine relictum
Vltima nec refert longa ſit an ne breuis
Sic ſpondæus erit medius duo poſt anapæſti.
POSTQVAM RES ASIAE DESINE MAENALIOS.
Idcirco primo curabis commate ſemper
Ne breuis incurrens ſyllaba ſemipedis.
Spondæum mediis nequeat coniungere longis.
Et fiat Talis INCIPE mænalios.
Nam LIS quæ breuis eſt iungat ſibi ſiue ſupremam
OS uel quæ prima eſt IN caput hoc etenim eſt.
Quia nec producta eſt geminat nec conſona uires
Spondæus minime pes ſed iambus erit.
Exemplum idcirco uocalia parte locaui
Longa foret ne LIS DESINE mænalios.
Quidam quia gemino conſtat de commate uerſus:
Cludere comma prius non timuere breui.

Vt ſit pentameter talis qualem modo fingo
Hoc mihi tam grande munus habere datur.
Aut qualis ſupra uerſus peccare uidetur.
Si fiet talis incipe mænalios.
Nanq; referre nihil ſit qua lis ſyllaba fini
Commataq; hoc ipſum iuris habere uolunt.
Idcirco & uerbo nunq̃ uno cola ligari
Vt conſtet parti finis utriq; ſuus.
Nam uitioſus erit ſic pentameter generatus
Inter noſtros GENTILIS oberrat ecus:
Spondii duo ſunt quos dixi commate primo
Poſſe dari: uerum ſyllaba quæ ſequitur:
Nec pentemimerin uerbi cum fine relinquit
Quæ data pentametris regula prima ſonis:
Nec poſt dactylico debet quæ commata iungi:
Eſſe caput uerſus dactylici patitur.
Hoc ipſum melius mutata parte coibit
Gentilis noſtros inter oberrat ecus.
Tantam noſtra nequit menſura abſoluere litem
Malo tamen longa cludere comma prius.
Hos elegos dixere: ſolet quod clauſula talis
Triſtibus ut tradunt aptior eſſe modis.

DE EPODO QVI EST
SEMIELEGICVS.

NEC tantum hexametris geminam ſubiungere partẽ
Dactylicam mos eſt ſæpe: ſemel poſita.
Premiſſo hexametro dulcem ſubnectit epodum
Talis epodus erit.
Tibia docta precor tandem mihi dicere uerſus
DESINE MAENALIOS.
Hoc doctum Archilochum tradunt genuiſſe magiſtrî
Tu mihi Flacce ſat es.
DIFFVGERE NIVES REDEVNT IAM GRAMINA CAMpis
ARBORIBVSQVE COMAE.
Cætera pars supereſt. MEA TIBIA DICERE VERSVS
Hæc iuncta frequentius edent
Anapæſtica dulcia metra. Anapæſtica metra.
Cuicunq; libebit ut iſtos
Triplices dare ſic anapæſtos.

Poeta phali ſcus.

Atq; ille poeta phaliſcus
Cum ludicra carmina pangit.
VVA VVA SVM Et VVA FALERNA
ET TER FEROR ET Q VATERANNO
Libro quoq; dixit eodem.
VNDE VNDE COLONVS EOAE
A FLVMINE VENIT ORONTI.
Erit ultima ſyllaba poſt tres
Catalectica quæ perhibetur.
Nec non alias quoq; binas
Et tres ſuperare ſolere.
Pes ſit licet integer ipſe
Si non hunc regula poſcet
Catalecticon hoc genus omne
Et ſemipedem uocitari
Supra quoq; iam meminiſti.
Mirum tibi nec uideatur
Spondæon ineſſe anapæſtis
Rex & dominus prior ipſe eſt.
Hic aduena ſumptus & hoſpes.
De fœdere temporis æqui
Q uotiens locus expetet ultro
Reddet ſua iura priori.
Alias tamen hæc eadem pars

De Ityphal licometro

Q uotiens Ithyphallicon addit
Metrum ſibi tale ſit unum.
Mea tibia dicere uerſus DESTITIT LATINOS.
Iandudum ſaucia cura DESERIT PVDOREM.
Priamiq; euertere gētē FATA IAM PARABANT
Ithyphallica porro dictitarunt muſici poetæ:
Q ui ludrica carmina baccho uerſibus petulcis:
Graio cum cortice phello tres dabant trochæos.
Vt noīe ſit ſon⁹ ipſo BACCHE BACCHE BAcche.

Anapæſticū fieri ab exhametro.

Hexametrum quotiens ita totum dactylus explet
Vt nuſq̄ in medio ſed ſit ſpondæus in imo
Siue trochæus erit: cum dempta eſt ſyllaba prima
Q uæ demi poterit: reliqui fient anapæſti.
Vltimaq; ex illis catalectica quæ remanebit
Dactylico tali facile eſt hoc noſcere uerſu.

ATTVBA TERRIBIlem SONITVM PROCVL ære Recuruo.
AT coniunctio quæ ſolida eſt: cum demitur inde
Ea formula fiet ut eſt anapæſticus iſte.
TVBA TERRIBIlem SONITVM PROCVL ære Recuruo
Vltima VO remanet quia dempta eſt ſyllaba pría.
Dactylon in primo reddens ſpondæon in imo.
Nec non dactylico qui cōmate conſtat utroq;
Pentameter metrum quod erit choriambicon edet.
Exemplum ponam tunc fiat quatenus addam.
NVLLA MEO SEDEAT Turba PROFANA LOCO.

Ex duabus pentemimeris dactylicis fieri phaleciū choriābicum

Dactylicum colis eſſe uides geminis.
Primum ut ſemipedem poſt detur ſyllaba longa
Siue eſt natura ſeu ſit ab adpoſitis.
Et quæ nunc breuis eſt fiat pœnultima longa
Tempore producto cætera permaneant:
Inſere nulla meo IAM produc pene ſupremam
Q ui LOCVS ante fuit: LVCVS ut eſſe queat:
Efficies metrum nomen cui dant Choriambo.
NVLLA MEO IAM SEDEAT TVRBA PROFANA Luco
Præmonui chorion dici quem ſæpe trochæum
Dicimus: hic prior eſt alter iambon habet
NVLLA MEO pes efficitur geminatus utroq;
IAM SEDEAT: choriambos item mox: TVRBA PROFA pes
Tertius accedit ſimilis pars illa NA LVCO.
Bacchio aduerſus fiet pes nam breuis ante eſt.
Et geminæ longæ fiet catalexis in iſtum.
Q uia non eiuſdem generis deprenſus in imo eſt
Vt docui: nec.n.cludit choriambus honeſte.
Hoc Cereri metro cantaſſe Phalæcius hymnos
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion iſtud. Phalæcius.
Nec non & memini pedibus quater his repetitis:
Hymnum Battiadem phœbo cantaſſe iouiq;.
Paſtorem Branchum cum captus amore pudico
Fatidicas ſortes docuit depromere Pæan.
Q ui multos legere negant hoc corpore metri
Romanos aliquid ueteres ſcripſiſſe poetas
Dulcia Septimius qui ſcripſit opuſcula nuper: Septimius
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum.
IANE PATER: IANE TVENS: DIVE: BICEPS: BIFORmis:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

O CATE RERVM SATOR : O PRINCIPIVM DEORVM
STRIDVLA CVI LIMINA: CVI CARDINEI TVMVLTVS.
CVI RESERATA MVGIVNT AVREA CLAVSTRA Mūdi
Ecce uides TAMVGIVNT eſſe duos iambos.
Temporibus nanq; pares ſæpe ſibi uiciſſim
Cedere uel tribrachyn admittere ſæpe poſſunt.
TIBI VETVS ARA CALVIT ABORIGINEO SACELLO.
Hic quoq; ſuccedere ſic tribrachyn annotabis
Longa quod eſt in geminas prima breues ſoluta
TIBI ſimilis nec minus alter a pede conſequenti
RACA monui iam ſatis has ſæpe ſolere ſolui.
Pro chorio tribrachys hic bis datus inuenitur.
Nec minus hoc RACALVIT AB Origineo ſacello
Vt chorius ſoluitur & tribrachys eſt iambus.
Anapæſtic' ſiue archebulicus. Anapæſtus item quater editus hexametro
Ita clauditur ut choriābicus antibaccho.
Faciet tibi perſpicuum cito uerſus idem.
Dactylicus modo qui potuit dare quinq; anapæſtos:
AT TVBA TERRIBILEM SONITVM DEDIT ære Recūruo?
Anapæſtus in eſt quater ultimus antibacchos
Similem dabo uerſiculum magis ut probetur.
TIBI NASCITVR OMNE PECVS. TIBI CRESCIT Hædus
Prima reponatur redeat quoq; tertia fini.
Dactylicus tibi qui fuerat modo: iam referetur:
NAM tibi naſcitur omne pecus: tibi creſcit ET hædus.
Generi datur auctor huic uetus Archebulus.
Archebulus Dactylici finem uerſus ſi cludat iambus.
Hoc eſt pro longa breuis ut pœnultima fiat.
Auribus acciderit nouitas inopina Melius.
Verſus ut hic reſonare poteſt ita ſi CECIneris.
Ite domum ſaturæ uenit heſperus ite SAturæ:
Nile pater propera ſitiunt ſata nile PROpera:
Heus puer ut mea ſint tibi uilia carmina VIdes.
Sinus quam hoc aliquis lectum putat ecce dabitur:
Verſus homericus auſonio reſonans ita modo.
Q uemq; MIVRON achaica gens uocitare ſolita eſt.
ATTONITI TROES VISO SERPENTE PAVITANT.
Liuius Liuius ille uetus graio cognomine ſuæ
Inſerit in omni uerſu puto tale docimen:

Præmiſſo heroo ſubiungit nanq; miuron.
Hymnum quando chorus feſto canit ore triVIæ:
ETIAM PVRPVREO SVRAS INCLVDE COTHVRNO:
BALTEVS & REVOCET VOLVCRES IN PECTORE Sinus
Preſſaq; iā GRAuida CREPITENT: TIBI TERga PHARETra
DERIGE ODORISEQ VOS AD CERTA CVBILIA Canes.
Dactylicum tamen hoc melius reſonare poterit.
Si pentemimeris talis premiſſa tome ſit.
Q uæ primo ſpondæon habet mox dactylon addit:
Tum poſt ſemipedem ueniant duo ſine reuulſi:
Incolumi ſermone pedes ſine parte priorum:
POSTQ VAM RES ASIAE ueluti tunc PRIMVS AB ORIS
Fiet endecaſyllabos ſed alter.
Nāq; hic de genere eſt phalæciorum
Cuius mox tibi regulam loquemur:
Nunc hic talis erit uerſus: ut hic eſt.
POSTQ VAM RES ASIAE : PRIMVS AB ORIS.
AT REGINA GRAVI : SAVCIA CVRA.
SIC FATVR LACHRYMANS : MITTIT HABENAS.
ET TANDEM EVBOICIS LABITVR ORIS.
Iſtum ſemipedem prima ſequentis De phalæcio hendecaſyllabo.
Spondæum medium reddit utrinq;.
Q uartus dibrachys eſt: quintus in imo
Spondæum faciet ſiue trochæum.
Cum uero hephtemimeres fuerit diuiſio uerſus
In tragicis plærunq; choris deprenditur unus.
Inſertus multis non una lege creatis. Tragicū metrū admittere hephtemimerim tomē.
Fabula ſic euripidis inclyta monſtrat oreſtes:
Nam tali uerſu cunctis trepidantibus intus:
Argiuum fugiens eunuchus flagitat enſem:
Cætera non ſimili componit lege. ſed aptos
Continue trepido plures connectit iambos:
Inſerit hæc æq; Pomponius in choricis ſic:
RHOETEIS PROCVL A TERRIS mox diſpare uerſu:
Subiecto priamiq; aras damnare pias tunc:
OBRVE NOS DANAOSQ VE SIMVL parilem dedit illi
Non equidem poſſum tot priſcos noſſe poetas
Vt ueterum exemplis ualeam quæ tracto probare.
Maurus item quantos potui cognoſcere graios.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Quorum precipue ſtudiis pars muſica conſtat.
Nemo tamen culpet ſi ſumo exempla nouella.
Nam melius noſtri ſeruarunt metra minores.

Septimius

Septimius docuit quo ruris opuſcula libro
Hoc gerere adſidue cecinit.
Ponere pauca mihi ſat erit.

Dactylicum hephtemimerem.

INQVIT AMICVS AGER DOMINO
SI BENE MI FACIAS MEMINI
PINEA BRACHIA CVM TREPIDANT
AVDIO CANTICVLVM ZEPHYRI.

Sic hephtemimeres ſeruauit carmine utroq;
Hexametro facies ipſos: ſi cetera reddas.
INQVIT AMICVS AGER DOMINO: ſere plurima reddã.
SI BENE MI FACIAS MEMINI: tibi ſoluere grates.
PINEA BRACHIA CVM TREPIDANT: ſtridentia flabris
AVDIO CANTICVLVM ZEPHYRI: modulãte ſuſurro.
Syllaba præterea numero ſuperadditur iſti
Non refert qualis cum ſit ſuprema futura.
Hoc refert ſane breuis ut pœnultima fiat

Serenus

Vltima quæ metro fuit hoc inuenta Sereni
Nam lyrici quotiens ſua uolunt
Carmina per uarios dare ſonos:
Pluribus illa modis ita nouant.
Dactylicum hoc fieri magis amat.
Vel ſi ponitur unus alius
Pes modo tertius hunc retineat.

Phaliſcum

Talia docta phaliſca legimus
Nam tibi notius hoc genus erit
Carmine ſi quid ad hoc poſuero.
QVANDO FLAGELLA IVGA SITA IVGA
VITIS ET VLMVS VTI SIMVLEANT
NAM NISI SINT PARIBVS FRVCTICIBVS.
VMBRA NECAT TENERAS AMINEAS.
Quod tamen ex iſto remanebit cõmate tale eſt.
Arma uirũq; cano troiæ QVI PRIMVS AB ORIS.
Multa quoq; & bello paſſus: DVM CONDERET VRBEM.
Inde toro pater æneas: SIC ORSVS AB ALTO.
Cõma ad poſterius uerſus ſi do pariambum:
Ipſum & rurſus cõma loco: ac ſic expleo uerſum.

Ionicus apo mizonos

Fiet ionicon hoc απομειζονος ut modo cernes:
Si pariambus EGO aut MODO uel PVTO quem dabimus ſic
QVI PRIMVS AB ORIS: EGO QVI PRIMVS AB Oris.
DVM CONDERET VRBEM. MODO DVM Conderet Vrbẽ
SIC ORSVS AB ALTO: PVTO SIC ORSVS AB ALTO.
Iam porro tenes quod tibi dico bis locandum
Non uerba eadem dicere: ſed pedes eoſdem.
Tres ergo pedes perſpicis in commate primo
Spondæon .n. ſubſequitur pes pariambus.
Spondæos item clauſula fit commatis huius.
Hæc ſi repetens talia cola copulabis
Spondæus erit tertius idem quoq; quartus.
DVMCONDERET VRBEM: DVMCONDERET VRBEM
Cernis pariter quattuor abſonare longas.
Has ſi ueniens in medium pes pariambus
Diſcriminet ipſas licet ex ſe tamen ambas.
Non hic erit extrinſecus interſitus illis.
Sed qui medius iam ſedet in commate primo:
Dum Conderet urbem medius ſit pariambus
Fiatq; neceſſe eſt iterum commate iuncto
Ergo in medium rite datus cola ligabit.
Nanq; efficit ut quæ modo ſola diſſidebant
Alterna ſimul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi quod uolo te tenere ſemper
Longam in geminas ſæpe breues ſolere ſolui.
Nam ſæpe cadit dactylus. hic ſæpe anapæſtus.
Vt poſterior ſyllaba uel prior ſoluta eſt
Cedit quoq; uel longa breui breuiſq; longæ:
Nam quæ uicibus tempora commodant reſumunt:
Miſcentq; trochæos ſine fraude ſæpe plures.
Spondæon .n. duo faciunt & pariambum:
Verſoq; dabunt ordine & hi duos trochæos:
Nec tres modo ſed quinq; etiam uidebis eſſe
Dabo uerſiculos quo tibi res magis probetur:
VRBEM TENVEM FOVENT OPVM BENIGNITATE:
HOSTEM TEGERE EST PARATVS & STAT Ipſe nudus
Eſt unus ion hic datus & quinq; trochæi
Vel quattuor inſunt quoniam ſuprema ſemper
Et longa breuis ſufficitur: breuiſq; longæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nil autem officiet temporibus uiciſſitudo.
Nec.n.numero pendere metra ſyllabarum:
Sua:ſed pedibus tempora ſufficit referre.
Sic tribrachus interuenit in locum trochæi
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti
Vibrare ſonum uerſiculos magis uidemus.

Apelaſſonos

Apelaſſonos autem ratione qua regatur:
Cum de pedibus diſſererem ſatis probaui.
Sed quale metrum continuet: nunc referemus:
Dixi DIOMEDEM pedis huius eſſe formam
In carmine.ſic eſt DIOMEDEN MODO MAGNVM.
DEA FECIT DEA BELLI DOMINATRIX PHRYgas Omnis
VT IN ARMIS SVPERARET PATVLIS AGMINA Campis
IACVERVNT DATA LAETO PAVIDI TERGAqꝫ Dantes
PETIERVNT TREPIDAE MOENIA TROIAE
Simili lege ſonantes numeros & neobulas dedit
Vno modulatus lepide carmine flaccus.
MISERARVM EST NEQ VE AMORI DARE LVDVM
NEQ VE DVLCI MALA VINO LAVERE AVT EXANI
MARI METVENTES PATRVAE: VERBERA LINguæ
Ita binæ uariantur neqꝫ cedunt
Repetita uice longæ breuibus per ſynaphian:
Spondæus autem metron hoc locatus ante
Permutat:& ex hoc facit απο μειζονος edi.
Duntaxat ut ipſum referat clauſula uerſus
Idemqꝫ caput præditus occupet ſequentis.
Metrum pedibus nanqꝫ tribus ſemipedem aptat
Ita ſi capiti demptus erit ſubinde ſolus
Quem fecimus ex hoc απο μειζονος uideri
Apelaſſonos illam reuocabit ſynaphian.
Binis breuibus quæ totidem iugare longas
Ex ordine ſemper ſolet & tenere legem.
Non uerſus ut ullo numero pedum regatur
Sed carminis orſum peragat debita finis.
Exemplar utrunqꝫ ex facili ſumere poſſis:
Sic addit: O QVAM MISERARVM EST NEQ VE AMOri:
Cum demitur autem: MISERARVM EST NEQ VE AMORI
Ex hoc iterum dare ſi breues uolemus
απο μειζονος idem modo qui fuit: redibit.

RARVM EST NEqꝫ AMORI DARE LVDVM NEqꝫ DVLCI
Spondæus erit terminus huius tibi uerſus:
Spondæus & alter caput occupet ſequentis.
Apelaſſonos immobilis omnis ſynaphia eſt.
Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur
Vt ſermo expletus partes non occupet ambas
Tetrametrus remanet uerſus ceu ſubditus hic eſt.
CANTABVNT MIHI DAMOETAS Et LYCTIVS AEGON
CANTABVNT MIHI cum der ipſi pars cætera reſtat.
DAMOETAS ET LYCTIVS AEGON.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos.
Laudabunt alii claram rhodon: aut mitylenen.
AVT EPHESVM BIMARISVE CORINTHI.
Mœnia uel baccho thebas: uel apolline delphos.
INSIGNES AVT THESSALA TEMPE.
Nanqꝫ pedes primos uerſu ſi reddo ſecundo.
Integer hexametrus ſtabit: nec fiet epodus.
Laudabunt alii claram rhodon: aut mitylenen:
SI PROFICISCERIS AVT EPHESVM BIMARISVE CO
Mœnia uel baccho thebas: uel Apolline delphos RINTHI
ASPICIES MAGIS INSIGNES AVT THESSALA TEMPE.
Sic etiam ex uerſu partem cum demo Maronis
Noſces unde tibi tales geminentur epodi.
Laudabunt alii claram rhodon: aut mitylenen:
DAMOETAS ET LICTIVS AEGON
At ſiquando pedes fini duo deminuentur
Dum ne diſcidium uerbi quarto pede fiat:
Hic quoqꝫ tetrameter ſimilis remenere uidetur.
Sed refert illo uerſus quo portio prima eſt
Illa ſequens aliaqꝫ ſimul quod lege tenetur:
Nanqꝫ hæc ſola poteſt carmen componere plenum
Et ſubiecta aliis dulcis abſoluit epodos.
Vt mox oſtendam prior apta uidetur epodis.
Vt dixi modo DAMOETAS ET LYCTIVS AEGON:
Paſtorale uolet cum quis componere carmen.
Tetrametrum abſoluat cui portio demitur ima:
Quæ ſolido a uerbo poterit connectere uerſum.
Bucolicon ſiquidem talem uoluere uocari
Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus.

De carmine bucolico.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ne græcum immittam uerſum mutabo latinum.
DVLCE TIBI PINVS SVMMVRMVRAT EN VBI PAſtor
PROXIMA FONTICVLIS & TV QVOq; DVLCIA pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine ſeruat
Noſter rarus eo paſtor Maro & tamen inquit.
DIC MIHI DAMOETA CVIVM PECVS an Meliboei?
NON: VERVM AEGONIS: NVPER MIHI tradidit ægon.
In tragicis iunxere choris hunc ſæpe diſerti.
Tragædia bucolicum carmen admittit — Annæus Seneca & Pomponius ante ſecundus
Tale dedit nobis pomponius.
PENDEAT EX HVMERIS DVLCIS CHELIS.
Et NVMEROS EDAT VARIOS: QVIBVS
ADSONET OMNE VIRENS LATE NEMVS:
ET TORTIS ERRANS QVI FLEXIBVS.
Reddo pedes binos qui nunc deſunt tetrametro:
Rurſus de mutilo redit integer.
Pendeat ex humeris dulcis chelys: APTA CHOREIS.
Et numeros edat uarios quibus ECCE PROPINQVVM
Adſonet omne uirens late nemus. ARVAq; IVXTA:
Et tortis errans qui flexibus EFFVGIT AMNIS.
Aeolicū carmen — Aeolicum ex iſto genuit doctiſſima Sappho.
Quod ſit quinq; pedum uelut hos modo perſpicis.
Nam primum addidit illa diſyllabon: ut libet:
Spondæum nec.n. capiti locat omnium:
Sed quia eſt mobilis hic locus: & Chorion ſolet
Admiſcere: dein quater addere dactylon
CORDI QVANDO FVISSE SIBI CANIT ATTHIDA
PARVAM: FLOREA VIRGINITAS SVA CVM FORET.
Ille tetrametro datur ante diſyllabus.
Cætera pars uerſus pedibus finita duobus
Tale ſolet colon ſnbiungere PRIMVS ABORIS
Continuaſſe pedes iſtos in carmine ſolos
Sapphicum — Dicitur hæc eadem præclara poetria ſappho
Fingere nobis      Tale licebit.
PRIMVS ABORIS      AVSONE TERRA
TROIVS HEROS      MOENIA FESSIS
PERDITA FLAMMIS      SERA LOCAVIT.
PERGAMA LINQVENS      VNDE LATINVM
EXVL IN ALTVM      POST GENVS ORTVM
VELA RESOLVIT.      ALTAQVE MAGNAE
SAEPE REPVLSVS      MOENIA ROMAE.
Pluribus idcirco paruis ut notius eſſet
Verſiculis carmen condi potuiſſe peractum.
Cætera tetrametris reddemus quando duobus
Conſerta heroo pariterq; loquemur Iambo:
Nunc ſeorſa iambi ſi qua poſſum colligam.
Adeſto iambe præpes: & tui tenax — Iambicum
Vigoris: adde concitum celer pedem.
Nec alterius indigens opis ueni.
Sed ipſe uerus: integerque exiens
Aduſta felle: qualis ante carmina
Dabas amarus: impotens: ultor tui
Vides ut icta uerba raptet impetus:
Breuemq; crebra conſequendo longula
Citum ſubinde uoluat artius ſonum
Iambus: ipſe ſex.n. locis manet:
Et inde nomen inditum eſt ſenario: — Senarius Trimetrus.
Sed ter feritur: hinc trimetrus dicitur.
Scandendo binos quod pedes coniungimus.
Quæ cauſa cogat non morabor edere.
Nam mox poetæ ne nimis ſecet breuis
Lex hæc iambi: uerba pauca admitteret
Dum parua longam ſemper alterno gradu
Vrget: nec aptis exprimi uerbis ſinit.
Senſus aperte diſſidente regula
Spondæon: & quos iſte pes ex ſe creat:
Admiſcuerunt impari tamen loco.
Pedemq; primum tertium quintum quoq;
Iuuere paulum ſyllabis maioribus.
Atqui cothurnis regios actus leuant.
Vt ſermo pompæ regiæ capax foret
Magis magiſq; latioribus ſonis
Pedes frequentant: lege ſeruata tamen.
Dum pes ſecundus quartus & nouiſſimus
Semper dicatus uni iambo ſeruiat.
Nam nullus alius ponitur: tantum ſolet
Temporibus æquus non repellit tribrachys:
Quid? non trochæus temporum eſt æque trium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eſt ſed trochæo longa prior ſyllaba:
Breuis autem iambo longa poſt cui non poteſt
Longam trochæus ſubdere & breuem ſuam
Breui ſequentis qua ſit hoc ionicum.
Et cur iambo nun trochæus ſeruiat
Qui metron ipſe copulat trochæicum:
Præbetq; nomen: ut loquemur poſtmodum.
Habetq; & ipſe ſubditiuum tribrachyn.
Qui iure utriq; ſeruit: & ſubiunctus eſt.
Ecquis creatur quos creare non poteſt.
Nam non ita ut eſt longa diſſolubilis
Breues uiciſſim contrahi in longam ualent.
Quia ſolida findi magnitudo non uetat.
Diuiſa iungi rurſum in unum non queunt.
Culpatur autem uerſus in tragœdiis:
Et rarus intrat ex iambis omnibus
Vt ille contra qui ſecundo & talibus
Spondæon aut quem comparem receperit.
Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt
Vt quæ loquuntur ſumpta de uita putes.
Vitiant iambum tractibus ſpondaicis:
Et in ſecundo & cæteris æque locis.
Fidemq; fictis dum procurant fabulis:
In metra peccant arte non inſcitia.
Ne ſint ſonora uerba conſuetudinis
Paulumq; rurſus a ſolutis differant.
Magis iſta noſtri: nam fere græcis tenax
Cura eſt iambi: uel nouellis Comicis
Vel qui in uetuſta præcluent comœdia.
Ariſtophanis ingens micat ſollertia.
Quis ſæpe metris multiformibus nouis
Archilochon arte ē æmulatus muſica:
Sed paulum abimus longius: nunc hanc magis
Heroicus: quare pedes per ſingulos

*Cur iãbicũ metrũ p̄ dipodiã ſcãdatur.*

At iſte binos ſcanditur: cauſam loquar.
Spondæon etenim quia recepit impari
Tantum loco: uel dactylum aut contrarium:
Secundo iambum: nos neceſſe eſt reddere
Qui ſedis huius iura ſemper obtinet.

Scandendo: & illic ponere adſuetam moram
Quam pollicis ſonore uel plauſu pedis:
Diſcriminare qui docent artem: ſolent
Si primus ergo pes eam ſumet moram:
Vbi iam præceptum eſt: ſubdere heroos pedes:
Verſum uidebor non tenere iambicum:
Sed quia ſecundo nunq̄ iambus pellitur.
Moram neceſſe eſt in ſecundo reddere
Et cæteris qui ſunt ſecundo compares:
Vbi non timebo nequis herous cadat
Sic fit trimetrus qui fuit ſenarius:
Nunc ipſa metra quæ redigi: proſequar.
Iugi trimetro flaccus uſus eſt ſemel.
Vt non epodum ſubderet uel demeret:
Aut adderet quo legem iambi uerteret.
Sed ſimplici carmen per omne euectus eſt.
Quod eſſe notum uerſibus primis poteſt.
IAMIAM EFFICACI DO MANVS SCIENTIæ
SVPPLEX ET ORO REGNA PER PROSERPINæ:
Vnumq; carmen lege tali pertulit:
Sed hic trimetrus: quando duplicem pedem
A capite ſumet: tunc quadratus dicitur.

*Quadratus octonarius*

Idemq; dictus eſt: & octonarius.
Ante ergo uerſum collocabo iambicum.
PHASELVS ILLE QVEM VIDETIS HOSPITes
Quadratus iſte talis effici poteſt
ADEST CELer PHAſelus ILLE QVEM VIDetis HOſpites
Si qui dempta prima ſyllaba adiecto pedi eſt
Quem de duobus eſſe iambis perſpicis:
Quod hinc remanſit: creticum reddit pedem.
BST CELer phaſelus ille quem uidetis hoſpites.
Quia prima cum ſit dempta iambo duplici
Longam relinqui conuenit: poſt alterum
Manere iambum qui breuem & longam ſuas
Iungens priori: perficit dictum pedem.
Sic creticum ſi quis uelit diiungere

*Ex iambico trochaicum fieri.*

Fiet trochæus: longa & una ſyllaba
Præcedet: ergo quando cres iambicum
Habet trochæum longam & unam quæ ſibi

Primam ex iambo dum ſequēti copulat:
Breuem trochæos eſſe iam duos uides:
Et longam iambi: ſic trochæi cæteri
Fient ſubinde longa dum breuem ſibi
Traxit ex iambo longa & alia linquitur.
Quæ ſibi uiciſſim copulans iungat breuem:
Voluendo totum cogat ordinem pedum
Donec trochæis reſtet una in extimo.
Catalexis in quam fiet ut iam diximus:
Nam cretici tres ſyllabæ primo loco
Bis ſex iambi quindecim fiunt ſimul.
Sic numerus impar poſt trochæos ſeptiens
Habeat neceſſe eſt extimam ſuperſtitem.
Sed quia trochæos tanq̃ iambos ſcandimus:
Vt ſit trimetrum tres erunt bini pedes:
Finem tenebit dactylus uel creticus:
Quia duplici triſyllabus minor pede eſt:
Trochaicum autem permanebit liberum:
Dum erit trimetrus ex iambis omnibus.
EST CELER PHASELVS ILLE QVEM VIDETIS HOSPITES
Spondæos autem ſi ſequetur creticum
Habere primum quem poteſt iambicus:
Nam primus ipſe eſt ſeparato cretico:
Vel tertio locetur aut quinto pede.
Seriem trochæi iam labare perſpicis:
Quid poſt trochæum longa ſuperans cretici
Dum ex ſequenti copulat longam ſibi
Vetat trochæos ire iunctos ordine
Sed quia recepit lex iambi dactylum:
Spondæon aut qui dactylo eſt contrarius:
Vt iam tenemus impari tamen loco:
Nunc uerſu iambi qui pedum primus fuit:
Erit ſecundus: ante eunte cretico:
Ex quo trochæus tertium quia ſeparat:
Hæc de ſequenti copulat longam alteram.
Spondæon eſſe poteſt trochæum propalam eſt:
Qui ſic ſecundus trochaicis datur:
Iambicis ut impari ſolet loco.
Nec culpa metri eſt: ſi uel hoc uel talibus

Pes inſeratur temporum eſt qui quattuor:
Dum prius ipſe: qui trochaicum facit:
Et tertio locetur & quinto pede.
Nam pes uterq; quia ſibi eſt contrarius:
Gaudet locorum diſpari cuſtodia.
Trochæus ergo ſemper impari loco:
Pariq; iambus rite collocabitur.
Nihil nocebit quiſq; curret cæteris:
Vt quodq; metrum lege condetur ſua:
Ergo qui uerſus paratur integer trochaicus
Cretico fiet remoto rectius idem iambicus:
Porro ſi TALIS LOCEtur qualis HIC NOſter modo eſt
Ter tibi ſpondæon hic ſemper ſecundum ſuggeret
Cretico dabit remoto ter tibi hunc: ſed imparem:
TALIS LOCEtur QVAlis hic NOSTER modo eſt

Trochaicus uerſus in ſecundo & pari pedes ſpõdæos habet omnes

Simulq; iambos nunc ſuis reddet locis
Quos in trochæos retrouertit creticus:
Verum a magiſtris uerſus iſte dicitur
Acephalus idem qui trochaicus quoq;:

Acephalus

Archilochus auctor traditur talis metri
Sed iam pedum cum regulam diſtinguerem
Longam reſolui per duas dixi breues:
Ipſumq; poſſe quinq; totas creticum
Breues habere: quando longas ſolueris.
Eſt ergo & ille uerſus integer meus:
Quo quinq; feci ſyllabarum creticum.
IS ERIT ANAPAESTVS quinq; poſt ſpondæus eſt
Exempla ponam quæ locaſſe Cæſium

Cæſius

Libro notaui: quem dedit metris ſuper.
BEATVS ILLE QVI PROCVL NEGOCIIS
Eſt creticus pes SOCRATES: & uerſus hic
SOCRATES beatus ille qui procul negociis
Hinc ſoluo primam tale fit nec pes labat
DIOGENES beatus ille qui procul negociis
Cum tertiam: ne tum quidem quicq̃ perit
DEMOPHILE beatus ille qui procul negociis
Vtraſq; quando ſoluerit nil læditur.
QVOD AGIS AGE beatus ille qui procul negociis.
Auctore tanto credo me tutum fore:
Et pro iambo nemo culpet tribrachyn.

Archilochus autem creticum ſicut dedit:
Aeque trimetro iunxit Hipponax pedem:
Nouiſſimum triſyllabum ex prima breui:
Longis duabus antibacchio nomen eſt:
Exemplar eius tale poſſit fingere
Phaſelus ille quem uidetis hoſpites SABINVS
Q uadratus ut ſit: parte ab ima claudicat.
Erit quadratus reddita nouiſſima
Phaſelus ille quē uidetis hoſpites SABINVS EST.
Phaſelus ergo quem uidetis hoſpites ſabinus:
Aeque eſt & ipſe ſyllabarum quindecim:
Vt ille prima parte qui mulctatus eſt.
Sed iambicus manebit unde & natus eſt.
Illic.n.quia prima pars ex cretico
Gignit trochæum: tranſit in trochaicum.
Hic ex iambis natus ad finem quoqꝫ
Manebit idem: ueniat externus licet.
Pes antibacchus non erit diſpar tamen.
Nanqꝫ eſt iambus tertiam longam trahens:
Sic ergo uerſus ex iambis proſatus
Suis iambis iungit inde ſeptimum.
Et hunc & illum terminabit ſemipes:
Vel quia eſt trimetrus: antibaccho deſinet.
Frequens in uſu eſt tale metrum Comici; uetuſtis.
Atella uel quis fabulis actus dedit petulcos:
Q uia fine molli labile atqꝫ deſerens uigorem
Sonum miniſtrat congruentem motibus iocoſis

Hippōacteum claudū idē eſt ſcazō

Claudum trimetrum fecit aliter Hipponax:
Ad hunc modum quo claudicant & hi uerſus:
Idcirco græce nuncupatus eſt σκαζωμ
Hic non iambum reddidit pedem ſextum:

Iābicū hipponax ī hoc uerſu nunq̄.

Pœnultimam ſed pro breui trahit longam:
Nouitate ductus: non ut inſcius legis.
Sed quia iugatos ſcandimus pedes iſtos:
Pœona fieri perſpicis pedem in fine:
Epitritos nam primus implet hanc partem:
Breuis locata cum ſit ante tres longas.
Q uare cauendum eſt ne licentia ſueta
Spondæon aut qui procreantur ex illo:
Dari putemus poſſe nunc loco quinto.

Ne deprehenſæ quattuor ſimul longæ
Parum ſonoro fine deſtruant uerſum:
Nam dactylum paremue: quid tibi dicam?
Cum tantum iambus hoc loco probe poni
Aliusqꝫ nullus rite poſſit admitti.
Hoc Mimiiambos Mattius dedit metron
Nam uatem eundem eſt attico thymo tinctum

Mattius

Pari lepore eſt conſecutus & metro
Sed & trimetrus ut quadratus hic poteſt
Acephalos eſſe prima quando demitur:
Fieriqꝫ primus pes & iſtic Creticus:
Nam ſicut ille redditur trochaicus:
Sic uerſus ante qui uidetur integer.
ADEST CELER PHASELVS ILLE Q uē Vides
Cum demo primam quod relinquo tale ſit.

Dimetrū archilochium

EST CELER PHASELVS ILLE Q VEM VIdes
Acephalus ergo ſed trimetrus factus eſt.

Acephalis archilochi'

Archilochus idem eſt uſus & tali metro:
Viciſſim & ille qui quadratus claudicat:
Et in trimetro claudicare ſic poteſt.
PHASELVS ILLE Q VEM VIDES SAbinus Eſt
PHASELVS ILLE Q VEM VIDES SABINVS

Trimetrum claudum

Similem locauit Flaccus uno in carmine
Sed quia uidetur alius ante præditus:
Verſus ut hic epodus illius foret.
Ratione quem iam competenti diſtuli
Simul hos loquemur quando deuinctis metris
Et hinc & inde ueniet aptior locus.
Nec non dimetrus ex trimetro redditur.
Q uacunqꝫ partem tertiam ſi detrahas:
Stabitqꝫ uerſus octo tantum ſyllabis.

Dimeter

Niſi quando ſumet dactylum aut contrarium
Loco uel iambi qui probatur tribrachys
Taliſqꝫ uerſus hic erit
PHASELVS ILLE Q VEM VIDES
Plærunqꝫ nec carmen modo
Sed & uolumen explicat
Vt pridem Auitus Alphius:

Auitus Alphius

Libros poeta pluſculos
Vſus dimetro perpeti



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Conſcribit excellentium:
Tales trimetris ſubdidit flaccus ſuis
Vt carmina oſtendunt decem.
IBIS LIBVRNIS INTER ALTA NAVIVM
AMICE PROPVGNACVLA.
Archilochus iſto ſæuit iratus metro:
Contra lycamben & filias:
Dimeter acephalus. Et hic dimetrus non minus
Vt ille acephalus eſſe uel claudus poteſt.
ADEST CELER PHASELVS EST
Cum prima dempta eſt: redditur
EST CELER PHASELVS EST.
At cum ſuprema claudicat
ADEST CELER PHASELVS.
Flaccus priorem ſic dedit
Eſſe: ut uerſus prior
EST CELER PHASELVS EST.
Poſt hunc ueniret talis hic epodus:
PHASELVS ILLE Q VEM VIDES SABInus.
Sunt tales hoc uno in carmine:
Ad uſq; finem permanent compares epodi:
NON EBVR NEq; AVREVM
Solutio uerſus ꝑ pedes MEA RENIDET IN DOMO LACVNAR
NON EBVR pes creticus
Longa nam fit tertia:
Conſonante ex altera.
NEq; AVREVM Prima ex trimetro portio eſt.
MEA RENIDET IN DOMO dimetrus eſt.
Q uod ut SABINVS claudicat LACVNAR.
Pedem hinc iambum duplicem
MEA RENI ſi dempſeris: relinquitur:
DET IN DOMO LACVHAR
ADEST CELER PHASELVS.
ET condere inde carmen
Multi ſolent poetæ.
Horatium uidemus:
Verſus tenoris huius:
Nuſq̃ locaſſe iuges
Arbiter At Arbiter diſertus
Libris ſuis frequentat.

Agnoſcere hæc poteſtis.
Cantare quæ ſolemus:
MEMPHITIDES PVELLAE
SACRIS DEVM PARATAE
TINCTVS COLORE NOCTIS
MANV PVER LOQ VACI.
Aptum uidetur eſſe
Nunc hoc loco monere:
Q uæ ſit figura uerſus:
Q uem credidit uetuſtas:
Tanq̃ italis repertum:
Saturnium uocandum. De ſaturnio
Sed eſt origo græca:
Illicq; metron iſtud
Certo modo dederunt:
Noſtriq; mox poetæ
Rudem ſonum ſecuti:
Vt quemq; res ferebat:
Sic diſparis figuræ
Verſus uagos locabant.
Poſt rectius probatum eſt
Vt tale colon eſſet
Iunctum tribus trochæis.
Vt ſi uocet camænas quis nouem ſorores:
Et Neuio poetæ ſic ferunt Metellos. Neuius
Cum ſæpe læderentur: eſſe cõminatos.
DABVNT MALVM METELLI NEVIO POETE
DABVNT MALVM METELLI: clauda pars trimetri
Dabunt malum Metelli.
ADEST CELER PHASELVS
MEMPHITIDES PVELLæ tinctus colorẽ noctis
Poſt NEVIO POETAE tres uides trochæos:
Nam nil obeſt trochæo longa quod ſuprema eſt.
Et choriambus unus
Præditus antibaccho
Claudicat: ut priores
Videro ſi uouelli
Verſus erit poetæ
Lex tamen una metri eſt.
TINCTVS COLORE NOCTIS.

DABVNT MALVM METELLI
INACHIAE PVELLAE
SEV BOVIS ILLE CVSTOS.
Colon & hoc in uſu
Carminis eſt Horati.
Tu genus hoc memento
Reddere, cum repoſcam:
Nunc quia quæ potui uideor tractaſſe ſeorſa
Heroico profecta quæq; iambico:
Cætera quæ miſtis uariantur partibus horum:
Vt quibo metro nitar hinc attingere.
Sed quoniam ex uno poſſunt adiuncta referri:
Amplectar ultro quod datur compendium.

Hendecaſyllabus

Q uem nos hendecaſyllabum ſolemus
Tanq̄ de numero: uocare uerſum.
Tradunt ſapphicon eſſe nuncupandum:

Sapphicus

Nanq; & iugiter uſa ſæpe ſappho.
Diſperſoſq; dedit ſubinde plures:
Inter carmina diſparis figuræ.
Sed primi pedis ante lex tenenda eſt.
Spondæon ſi quidem uidemus iſtic
Tanq̄ legitimum ſolere poni.
Poſt hunc dactylon atq; tres trochæos.
Q ui nomen quoq; phalæco dederunt.
Verum mobilis hic locus frequenter:
Non ſolum recipit pedem: ut loquebar
Spondæum: ſed & aptus eſt trochæo:
Nec peccat pede natus ex iambo:
Exemplis tribus hoc ſtatim probabis.
Docti carmine quæ legis catulli:
CVI DONO LEPIDVM NOVVM LIbellum

De permutatōne ſyllabarum Catulli

ARIDO MODO PVMICE EXPOLItum.
MEAS ESSE ALIQ VID PVTARE NVgas.
Q uos dixi modo iam pedes uidemus.
Diuerſos capiti trium locatos:
Spondæon: CVIDO: trochæon: ARI:
MEAS: quis neget hunc iambon eſſe:
Hic per commata ſepties feritur.
Q uales Hexametron tomas habere
Iandudum tibi diſſerens probaui.

Ex quis nunc duo metra copulari
In unum ſolidum uidebis ortum:
Cum componitur ex utroq; metro
Pars heroica tum prior duobus
Spondæo pede dactyloq; conſtat.
Et quem ſemipedem eſt neceſſe linqui:
Vt ſit penthemimeris tome locata

Tome hēdecaſyllabi

Exin cætera portio eſt iambi:
Q uod non difficile eſt ſtatim notare:
Cum talis fuerit figura uerſus.
CARMEN PIERIDES STRVVNT SORORES.
Hæc exordia uerſuū duorum
CARMEN PIERIDES: quod hexametri eſt:
Atq; iambicon hoc: STRVVNT SORORES.
Compleri poterunt utroq; metro.
CARMEN PIERIDES PANGVNT MEMORABILE MVSæ
STRVVNT SORORES ATTICæ DIRVM NEFAS:

ii Tome hēdecaſyllabi

Hæc diuiſio prima computetur:
At quæ nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet: nec exit ultra:
Sicut ſemipedem prior trahebat:
Coniungit ſibi phalæcos trochæos:
Vt dixi modo bacche bacche bacchæ.
Tum uerſum uideas ſonare talem.
PANGVNT CARMINA IAM NOVEM SORORES.
Nam ſi quattuor his pedes duobus
Addas: Hexameter profecto fiet.
PANGVNT CARMINA TERGEMINæ Memoranda ſorores
Poſt hoc phalæca de tribus trochæis

iii Tome hēdecaſyllabi

Pars eſt cætera IAM NOVEM SORORES.
Exin tertia melius pateſcit.
CARMEN PIERIDES DABVNT SORORES.
Nam cum dempſero uerſui: SORORES.
CARMEN PIERIDES DABVNT: manebit
CARMEN PIERIDES DABVNT.
Hoc metrum choriambicum eſt:
Q uod pars bacchiacum uocant
Hinc primas capiti duas:
Nec non totidem ultimas
Excrementa magis putant:



Nec ducunt numero pedum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Sunt hæc CARMEN item DABVNT
Solum PIERIDES manet.
Quod reddit geminum pedem.
Dicuntq; choriambicon
Quia longam ſequitur breuis:
Claudit longam breuem alteram
Nam DES longa ſit altera
Iuncta poſt ſibi conſona
Sic ponunt medium pedem
Primas inter & ultimas

Tricolon

Carmen PIERIDES dabunt.
Pars prima hic uarie ſolet
Spondæum modo ſumere:
Idem ſæpe & iambus eſt

Septimius

Hoc de Septimis potes
Iunctis noſcere uerſibus.
GERIT q; INTVS IN OPPIDVM
ANHELOS PANOPæ GREGES.
Alter conſimiles dedit.
OPIMA ADPOSVI SENEX
AMORI ARMA PHERETRIO.
Trochæum quoq; ſic locat.
PVRPVRæ LEGVLI SENES
INTVS HIC VBI CONSITVM EST
Vtque eſt mobilis hic locus
Immotus manet ultimus
Nanq; hic ſemper iambus eſt
Tendunt latius hoc genus
Duos ut choriambicos
Includant medios pedes:
Et ſit uerſus ad hunc modum.
Carmen PIERIDES DVLCISONVM dabunt.
Duplex hic choriambus eſt:
Primus PIERIDES DVLCISONVM dabunt.

Ex tetracolo hẽdecaſyllabo pẽtametrũ fieri

Sic CARMEN prius eſt finis: item DABVNT
Vt pes hæc habuit prior.
Sunt qui tradiderint ultima uerſui
Tanq̃ pentametro ſyllaba dempta ſit:
Quam ſi reſtituas: pentametrum fore.
CARMEN PIERIDES DVLCISONVM DABVNT
CARMEN PIERIDES DVLCI SONVM DABITIS:

Vt uerſus quoq; ſic conſtet horatii:
MECOENAS ATAVIS EDITE REGIBVS
MECOENAS ATAVIS EDITE REMIGIBVS
Vſq; autem uideas hoc procul a fide.
Vt metri genus hoc uatibus inclytis
Non uno aut gemino conſtiterit pede
Verum in tres etiam conſimiles eat
Clauſos in medio partibus exteris
Quod iam pentametri non patitur modus:
Nam ſic tres uideas eſſe pedes datos.

Pentacolon

Carmen PIERIDES DVLCISONVM SI MEREOR dabunt.
His eſt omnibus in ſuis
Libris uſus Horatius.
Quo dicam & quotiens modo
Nam primum minime ſuo
Solum carmine protulit.
Vt uates alii ſolent
Exemplum & Senecæ dabo.
THEBIS LAETA DIES ADEST
ARAM TANGITE SVPPLIces:
PINGVES CAEDITE VIctimas:
Tales continuos legis
Hunc præponit Horatius.
Epodum ex geminis ſubicit alterum
Exemplum: ſat erit ſemel
Nos hoc ponere: cæterum
Bis ex carminibus ſuis
Hunc ſeruat ſtabilem modum.
SIC TE DIVA POTENS CYPRI
SIC FRATRES HELENæ LVCIDA SIDERA
Sic te diua potens cypri
Hic unus choriambus eſt.
Sic fratres Helenæ lucida ſidera
Hic interpoſiti duo.
Talem: quem geminis perſpicis effici
Seruat carminibus perpetuum tribus.
Quorum exordia cum prædita uideris
Stabit continuum conſimili modo.
MECOENAS ATAVIS EDITE REGIBVS
EXEGI MONVMENTVM AERE PERENNIVS
DONAREM PATERAS GRATA q; COMMODVS

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nec non continuos tres pariles dedit
Verſus & cecinit poſt alium breuem
Ex uno ſimili pede.
Vſuſq; eſt genere hoc carminibus nouem
Q uæ ſunt talia quale eſt modo quod dabo:
SCRIBERIS VARIO FORTIS ET HOSTIVM
VICTOR MAEONII CARMINIS ALITE
Q VAM REM CVNq; FEROX NAVIBVS AVT EQ VIS
MILES TE DVCE GESSERIT.
Tres binis pedibus cernimus editos
Vnum quartus habet pedem:
Hanc docti tetracolon uocitant ſtrophen
Nam poſt quattuor hos altera uertitur
Ad legem ſimilem conſimilis ſtrophe
In qua ſunt alii quattuor hoc genus
Verſus: ex quibus hi ſunt ſibi tres pares
Præmiſſi: binos qui capiant pedes
Vnum quartus in omnibus.
Iam quem perficiunt tres medii ſic choriambicum
Tales continuos carminibus compoſuit tribus.
Tu ne Q VESIERIS SCIRE NEFAS Q VEM MIHI Q uẽ tibi
NVLLAM VARE SACRA! VITE PRIVS SEVERIS Arborẽ
O CRVDELIS ADHVC ET VENERIS MVNERIbus Potens
Binas hic capiti totq; itidem deme nouiſſimas:
Fient in medio perſpicui tres choriambici.
At uerſus meus eſt quem ſimilem compoſui ex tribus
Carmen PIERIDES DVLCI SONVM SI MEREOR dabunt.
Et ſupra poſiti ſic quoq; ſunt duo
Carmen PIERIDES DVLCI SONVM dabunt
MECOENAS ATAVIS EDITE REGIBVS
Ex uno quoq; ſic fuit
Carmen PIERIDES dabunt.
Sic te DIVA POTENS Cypri
Forſan longula uiſa ſit
Hæc diuiſio tertia:
Verſus hendecaſyllabi.
Sed tot nos docuit metra
Et ſunt quæ deceant magis
Nunc cõnectere dum recens
Hæc eſt regula quæ dedit
Ex ſe tam uarios modos

Q uam diſiungere ſi uelim:
Cogar dum paro ſingulis
Certas reddere origines
Iam tractata retexere.
Ergo hinc naſcitur altera
Metri regula: ceu duas
Partes hexametri ſecans
Q uæ ternos dirimit pedes:
Q uos ſi reddideris ſibi.
Hexametrum pedibus cernes conſtare receptis
Q ui tamen heroum factis indignus habetur.
Nanque tome media eſt: uerſu non apta ſeuero
Fitq; ſoluta magis quoties ſpondæus ineſt pes.
Tertius & quartus non hunc incolumen ergo
Sed de cõmatibus tradunt conſtare duobus.
Ipſe.n.ſonus indicat eſſe hoc luſibus aptum
Et ferme modus hic datur a plæriſq; Priapo
Inter quos cecinit quoq; carmen tale Catullus.

Priapeũ metrum

HVNC LVCVM TIBI DEDICO CONSECROq; PRIAPE
Q VA DOMVS TVA LAMPSACI EST Q VAq; PRIAPE
NAM TE PRAECIPVE IN SVIS VRBIBVS COLIT ORA
HELLESPONTIA CAETERIS OSTRIOSIOR ORIS.
Et ſimiles plures ſic conſcripſiſſe Catullum
Scimus uſq; adeo hoc genus lex heroica pellit.
Vt ſit utraq; portio cæpta ſæpe trochæis.
Nam diſcrimine nullo ponit hunc uel iambum
Nec mirabere ſyllabæ finem cõmate primo
Tanquam de pede dactylo fiat tertia longa.
NAM TE PRAECIPVE IN SVIS: talis uerſ⁹ & alter
HELLESPONTIA CAETERIS æq; eſt ultia lõga
Nam quia cõmata bina ſunt: ſumunt ambo ſupremas:
Verſus ergo magiſtri uocant hos priapæos
Et Maro dat tales. ſed quia diſtinctio uerba
Diſſociat: nectitue: aliter nec partibus æquis
Diſtingui patitur: pedes ſonus effugit aurem.
FRONDE SVPER VIRIDI SVNT NOBIS MITIA POMA
CASTANEAE MOLLES: ET PRESSI COPIA LACTIS
TVRBABAT CAELO NVNC TERRAS ORDINE LONgo
AVT CAPERE AVT CAPTAS IAM DESPECTARE VI
Si diſtinctio ſeparet: NOBIS MITIA POMA (DENTVR
PRESSI COPIA LACTIS: TERRAS ORDINE LONGO:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

DESPECTARE VIDENTVR. fient ſic reſonantes
Vt uerſus ſonat alter: quem diſtinctio nudat
CVI NON DICTVS HYLAS PVER & LATONIA DELOS
Si quis ſic quoq; findat prima commatis inſtar
Ex uno choriambico de quo diſſerui modo
Verſus ſtare uidebitur.
CVI NON DICTVS HYLAS PVER.
THEBIS LAETA DIES ADEST.
CARMEN PIERIDES DABVNT:
Vſq; autem duo commata
Poſſis credere rectus:
Hæc ipſa ut uideas dari
Non hoc quomodo ſunt ſitu
Verſa ſed uice priſtina.
Nanq; his commatibus Flaccus Horatius
Metrum compoſuit ſed choriambicos
Ex binis pedibus præpoſuit duos
Tunc hos iungit epodos partes ut modo duas
Ipſo carmine iam tibi fiet regula plana
Q VIS MVLTA GRACILIS TE PVER IN ROSA
PERFVSVS LIQ VIDIS VRGET ODORIBVS.
GRATO PYRRHA SVB ANTRO
CVI FLAVAM RELIGAS COMAM
Pergunt cætera poſt conſimilis trophe:
Verſus hic igitur ſunt pariles duo.
Q uis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis urget odoribus.
Poſt hos quæ ueniunt commata perſpicis
Grato pyrrha ſub antro
Cui flauam religas comam.
CVI FLAVAM RELIGAS COMAM prima parte locetur:
Fiat comma ſecundum GRATO PYRRHA SVB ANTRO.
Verſum non dubium eſt fore quem dicunt Priapeum
Cui flauam religas comam: grato pyrrha ſub antro
Nec quod deſinit in COMAM ſi ſit tertia longa.
Dum. G. conſona iungitur GRATO PYRRHA SVB ANTRO.
Peccat dactylus iſtic: cum (ſicut modo dixi)
Primi commatis ultima fiat libera legis.
Sunt hæc alia flacci uatis carmina quinq;.
Iam diuiſio quarta non moroſa
Q ualem ſuggerimus tomen habebit.

CARMEN SVAVE DEDISTIS O CAMENAE.
iiii Tome hēdecaſylla bi
Nam cum ſuſtulerimus O CAMEnæ.
Pars heroica fiet hæc relicta.
Q ue poſt hos geminos pedes habebit
Cluſum nomine tertium trochæum.
CARMEN SVAVE DEDISTIS.
Hæc heroica iam tome probata eſt
Infandum regina.
Nam uerſus ſibi parte reſtituta
In læſum reuocabit hexametrum
CARMEN SVAVE DEDISTIS olympiades mihi muſæ:
INFANDVM REGINA iubes renouare dolorem.
Et quintam breuiter tomen loquemur.
v Tome hē decaſyllabi
Spondæum ſi quidem inter & ſecundum
Q uem ſcis dactylon hic ſolere poni.
Si trudas anapæſton: inſeraſq;:
Iungas cætera iam uidebis ipſum
Conſueto pede ſotaden locutum:
CARMEN PIERIDES DABVNT SORORES
Si dicam LEPIDæ palam eſt profecto.
Q uod ſit pes anapæſtus inſero ergo
Spondæo medium: atq; conſequenti
Hoc nomen lepidæ ſit omne tale.
Carmen LEPIDæ pierides dabunt ſorores
Phalæcio additus anapæſtus Ionicum apomi zonos fecit Varro.
Idcirco genus hoc phalæciorum
Vir doctiſſimus undecunq; Varro
Ad legem redigens ionicorum
Hinc natos ait eſſe ſed minores
Nunc diuiſio quam loquemur edet:
Metrum quo memorant Anacreonta
Dulces compoſuiſſe cantilenas.
Hoc Petronius inuenitur uſus
Petronius.
Muſicum lyricum refert eundem:
Conſonantia uerba cantitaſſe.
Et plures alii: ſed iſte uerſus
vi Tome hē decaſyllabi
Q uali compoſitus tome ſit edam.
IVVERVNT SEGETES MEVM LABOREM
IVVERVNT caput eſt hexametri
Si cures reliquos pedes referre
IVVERVNT animum: uerſus ex carmine Flacci.
Q uod reſtat: SEGETES MEVM LABOREM

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tale eſt ceu: TRIPLICI VIDES VT ORTV
TRIVIAE ROTETVR IGNIS
VOLVCRIQ VE PHOEBVS AXE
RAPIDVM PERERRET ORBEM.
Non nulli metron hoc magis putarunt
Q uod ſit poſtera pars ionicorum
Q uos dicunt απο μειζονοσ uocandos:
Vt uerſus reparetur inde plenus.
SEGETES MEVM LABOREM
O Q VAM RELEVARVNT SEGETES MEVM LABORem
TRIVIAE ROTETVR IGNIS.
CERNIS HIC Q VOTIENS TRIVIAE ROTETVR IGNIS
Nec pars hæc anapæſton atq; iambos
Nec non & catalecticam ſupremam
Sed ſumat pariambon & trochæos.
SEGETES MEVM LABOREM.
Q uod metron ſoleant pedes ione
Hunc longas breuibus breueſq; contra
Alterna uice commodando longis
Verſum claudere ſæpe de trochæis.
Nec mirum puto quando Varro uerſus
Hos: ut diximus: ex ione natos
Diſtinguat numero pedum minores.
Hoc ſi ſic repetamus ut ſecundo
Supremam dare ſyllabam negemus:
Iuncto cõmate galliambos exit.
SEGETES MEVM LABOREM SEGETES MEVM LABO
Metrũ Galliambon — Sonat hoc ſubinde metro Cybeleium nemus REM
Nomenq; Galliambis memoratur hinc datum:
Tremulos quod eſſe gallis habiles putant modos
Adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem
Mage quo ſonus uibretur ſtudeant dare tribrachym
Anapæſtus eſſe primus ſpondæus & ſolet
Duo poſt erunt iambi tribrachyſue ſubiicitur
Linquitq; comma primum catalecticam breuem
Pariambus & trochæi duo comma poſterum:
Tribrachyſue continebunt ſuperatq; ſemipes
Seruaſſeq; Catullum probat ipſe tibi liber
vii Tome hẽ decaſyllabi — SVPER ALTA VECTVS ATTIS CELERI RATIS MARIA
At quæ ſeptima fit tome uidetur
Hipponactis habere claudicantem

Q uem ſupra poſui quod ipſa iam nos
Verſus formula poſta perdocebit
CARMEN NEMO FACIT MEO SABINO
CARMEN NEMO poteſt heroum reddere uerſum
CARMEN NEMO DABIT MAGNO Q VOD PAR SIT HO
Claudum eſt porro FACIT MEO SABINO (MERO
Nam reddo partes ut quadratus claudicet:
Partemq; & iſtam uerſus hic ad hunc modum ſonabit:
Q uis CARMEN AVT VERSVM NOVVN FACIT MEO
Phaſelus ille quem uides: FACIT MEO SABINO: (SABINO
Hinc iam cætera metra perſequemur:
Q uæ Flaccus uarie ſuis epodis
Nec unum recinens dato priori.
Nunc binos geminis tribus uel unum
Aut binos uarie dedit ſonantes
Vt ſit tertius atq; quartus impar
Q uem tibi tetrametrum iam diximus hunc tribus trochæis
Adiunctis pedibus talem dedit: ut dedi gemellos.
SOLVITVR ACris HYEMS GRATA VICE VERIS & FA
Nunc differre ſupra fuit utile quod ſequens epodus. VONI
Cum parte iambi tres habet trochæos
Et nondum ſpecies miſtas ſimul ex utroq; metro
Tractare adortus aptius putaui.
Nunc differre magis poſtq̃ tibi tota lex iambi
Diſtincta utrunq; planius probaret.
SOLVITVR ACris HYEMS GRATA VICE VERIS & Fauõi
TRAHVNTq; SICCAS MACHINAE CARINAS
SOLVITVR ACRIS HYEMS GRAta VICE: tetrametros hic ẽ
Et tres trochæi : VERIS ET FAVONI
TRAHVNTQ VE SICCAS. portio eſt iambi:
CAS hinc ſuper ſit ſemipes habetur.
Similes trochæi: MACHINAE CARINAS
Poſſet uideri claudus hic trimetrus.
Duos ut eſſe duplices primos pedes
TRAHVNTQ VE SICCAS MACHINAE: putem?
Claudum antibacchum qui facit CARINAS
Sed talem epodum dicitur dediſſe
Callimachus ante de tribus trochæis
In fine uerſum phalæcis ſonantem
Q uem dico dudũ ſapphicum uocandum:
SICCAS DVCITE NAVITAE CARINAS.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Nam tale cernis. nauite carinas:
Vt finis ille eſt: VERIS Et FAVONI.
Q uãq iambum Flaccus antemiſit.
TRAHVNTQ VE SICCAS:
Magis putandum eſt tres datos trochæos
Q uam poſcit iambos ultimum antibacchum
Vterq finis lege ut eſſet una.
Soluit acris hyems grata uice VERIS ET FAuoni
Trahuntq ſiccas MACHINAE CARINAS.
Semelq metrum tale copulauit
Heroo trimetrum: ſemel idem ſubdidit unum:
Geminus ut iſte uerſus oſtendet tibi.
MELLA CAVA MANANT EX ILICE MONTIBVS ALTIS
LEVIS SONANTE LYMPHA DISSILIT PEDE.
Vtrunq apertum eſt: immorari deſinam
Et dimetrum heroo talem ſubiunxit epodum
Bis uſus hoc nec amplius.
MOLLIS INERTIA CVR TANTAM DIFFVDREIT IMIS
OBLIVIONEM SENSIRVS.
NOX ERAT ET CAELO FVLGEBAT LVNA SERENO
INTER MINORA SIDERA
Nec non trimetro talem epodum comparat
Pentametri partem dactylicam ſubicit
Atq dimetron ad hoc unumq uerſum reddit.
PETTI NIHIL ME SICVT ANTEA IVVAT
SCRIBERE VERSICVLOS AMORE PERculſum Graui
Prior trimetrus quem ionem non habet
Pentametri pars eſt: SCRIBERE VERSICVLOS.
At hoc dimetrum perſpicis AMORE PERCVLSVM GRAVI.
Semelq & iſtud functus eſt
Itemq epodum non trimetros edidit
Sed uerſum heroum uoluit præmittere totum:
Deinde metrum collocat commaq dactylicum.
Et hic ut ante uerſus unus ut foret.
HORRIDA TEMPESTAS CAELVM CONTRAXIT ET
CIMBRES
NIVESQ VE DEDVCVNT IOVEM NVNC MARE NVNC
SYLVE

FINIS

## Bedæ Sacerdotis de metrica ratione liber unicus.

q Vi noticiam metricæ artis habere deſiderat: primo ne
ceſſe eſt: diſtantiam litterarum ſyllabarumq ſedulo diſcat.
Sunt aũt latinæ litteræ oẽs. XV. ex quibus quinq uo Lrãrũ nume
cales appellantur. A. E. I. O. V. Cætere omnes conſonantes. At de hiſ r⁹ & diuiſio.
dem conſonantibus ſeptẽ dicuntur ſemiuocales. F. L. M. N. S. R. X.
Cætere nouem mutæ. B. C. D. E. H. K. P. Q. T. Y. aũt ſextã uocalẽ Y
&. Z. Septimam decimam conſonantem pp græca uerba quibus cõſue Z
te utuntur adſumpſere latini: Neq. N. aliter Typum uel zelum: uel cæ
tera huiuſmodi quomodo ſcriberent habebant. Q ui etiam poſt pce
ptiõem dominicæ fidei: H. & X. & P. & ω cum. A. græcas lrãs: & ſi nõ
alphabeti ordine recipiunt: diuinis tamen paginis inditas continẽt. H.
uidelicet quæ apud eos duplici ſcribitur ſigura quomodo apud latinos
littera. H. Intromittẽtes propter auctoritatem nominis. Nam. X. & . ρ.
propter nomen chriſti. A. & ω propter auctoritatem dominici ſermo
nis. ego ſum. A. & . ω. α. & enim tantum nomine diſcrepat. cæterũ & fi
gura & poteſtate noſtrum. A. æqperat. Nam. ρ. græcorũ ab. R. noſtro
& figura diſtat & nomine. porro. η. & ω hoc a noſtris E & O differũt: q
ſemp longæ ſunt: Noſtræ autẽ omnes uocales ſunt dichronæ hoc eſt
& breuibus ſyllabis habiles. & longis. quomodo & illorũ. A. & . I. & . υ.
Nameq. ε. & . O. ſemper apud illos breues naturaliter permanent. Itaq
omnes lrãe qb⁹ utimur ſunt. XXVIII. uocales uidelicet. VIII. A. E. I. Vocales. yiii
O. V. H. Y. ω. & conſonantes undeuiginti. Sed ex ipſis uocalibus. I. &
V. plerũq in cõſonantium poteſtatem tranſeunt. Cum aut ipſæ iter ſe
geminantur ut Iumẽtum uinum. Aut cũ aliis uocalibus Iunguntur ut
ianua. Iecur. Iocus. uanitas ueritas. uolatus. V. quoq nõnunq̃ ſibi ipſa V uim lrãe
præponitur ut uultus ſed & alterũ conſonantis locum tenet cum uel la qñ amittit
tinæ aurũ uel græce euangelium nominamus: mirum autẽ quare dixe
rit donatus eam interdum nec uocalem nec Conſonantem haberi cum Donatus ar
inter. q. litteram conſonatem & alterã uocalem cõſtituitur. ut quoniã guitur
quidem: niſi forte. quia tam leuiter tum effertur ut uix ſentiri queat. Vi
detur autem non eſſe firma ratio: quia eius ſententiam exponẽtes Pom Pompei⁹ &
peius & Sergius. dicunt eam conſonantem eſſe non poſſe, quia ante ſe Sergius Do
habet alteram conſonantem. i. Q. uocalem eſſe non poſſe quia ſequit nati iterp̃tes
illã uocalis. ut quare quomodo & obid eam nũc nõ eſſe lrãm ſcribunt.
Q uid enim? nunquid quãdo ſcribimus aſtum dicendum eſt. T. cõſo
nantem eſſe non poſſe. cum ante ſe habeat alteram conſonantem ideſt
S. imo & uocalem eſſe non poſſe quia illam uocalis ſequitur & cum di



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cimus ſtratum. R. eſſe litteram fatendũ eſt Cum & uocalis ſequatur &
duæ præcedant conſonantes. S. &. T.

I cõſonans

I. autem hoc habet proprium inter uocales. ut quoties locum tenens
conſonantis alteram ante ſe in eadem parte orationis habet uocalem.
Hanc & ſi natura breuis erat ſemper eam poſitione faciat longã. ut ma

Peiuriũ non periurium

ius peiurium unde & duplex appellatur. X. quoq; littera cõſonans eiuſ
dem poteſtatis gratia duplex nuncupatur ut axis. Sunt & liquentes lr̃æ

Liquidæ

quatuor. L. M. N. R. quæ diuerſo quidẽ modo ſed certa ratõe plærũq;
in metro ſolitam conſonantium uim amittere ſolent. nonnunq̃ breues
natura ſyllabas inueniũtur reddere longas.

Syllaba qd.

[S]Yllaba eſt comprehẽſio litterarũ uel unius uocalis enuntiatio
ſ temporũ capax. quia omnis ſyllaba aut breuis eſt & tempus re
cipit unũ quod Atomũ metrici uocant: ut pater. aut lõga eſt &
duo recipit tempora ut mater. Hic enim ma cũ dicitur mater longitu-
dine ſui circũflexus tantum tempotis occupat: q̃tum pa ſemel cũ acute

Syllabæ lõgæ

dicitur pater. Sunt igiť longæ ſyllabæ ſunt breues: ſunt comunes. Sed
longæ duobus modis ſunt natura & poſitione. Natura quidem bifariã
aut productione uidelicet ſingularũ uocaliũ ut nauis. ſedes. finis. omẽ.
unus. Aut duarum coniunctione quod diphthongum uocant. ut æuũ.
pœna. auguſtus. eurus. ei. ut Arator. EI mihi iam uideo ſubitis lapſura
ruinis. Condita fana diu templi quoq; nobilis ædẽ. uel cum dicimus ty

Tydei

deus tydei Vbi. e. &. i. nõ ſeparamus ſed cõiunctim proferimus: ne qn
tam potius q̃ ſecundã declinatõnem ſignificet. & hoc græca nomia ſor

Poſitio

tiuntur. In latinis enim non inuenitur hæc diphthongus. Poſitione aũt
longæ ſnnt ſyllabæ modis ſex. Cũ correpta uocalis aut in duas deſinit
conſonantes ut aſt: aut in unam duplicem ut dux. Aut in unam deſinit
conſonantem & excipitur ab altera: ut arca. aut excipitur ab. x. duplici
cõſonante. ut axis. Aut ab. I. loco Conſonantis poſita ut troia. quæ poſi
tio nõnũq̃ in metris in tres diuiditur ſyllabas. ut eſt illud. Arma uirũ
tabulæq; & troia gaza p̄ undas: Aut deſinit in conſonantem & excipitur
ab. i. uel. u. poſitis in loco conſonantium ut aduena adiumenta. Breues
uero ſunt ſyllabæ quæ horum nihil habuerint. Q uod uero quidam in

Breues ſyllabæ quæ Z lr̃æ põt.

ter longas ſyllabas adnumerandum autumant. Cum correpta uocalis
excipitur a duplici littera Z ut mezentius. Aut a duabus conſonantibꝰ
ut acri uel acres falluntur. Nam & Z quoties in eadem parte oratio-
nis breuem ſequitur uocalem porteſt eam producere ſi ſic poeta uolue
rit ut gaza. Cum uero parte aliqua orationis in breuem uocalem termi
natam ſequẽs ſermo a littera. Z. incipit nullam producendi habet po

R

teſtatem unde eſt nemoroſa zacynthus. &. R. littera liquẽs eodem mo

do ſicut &. L. Cum in medio ſermone breuem ſequitur uocalem præ- L
cedente qualibet conſonãte poteſt hanc licentia poetica facere longã.
Cum uero utralibet liquida ſequens conſonãtem in capite fuerit ſermo
nis non poteſt longam facere uocalem quæ in fine uerbi præcedentis
naturaliter breuis extiterat. Sunt item ſyllabæ quæ utroq; modo & na
tura uidelicet & poſitiõe lõgæ ſunt: ut dẽs gens. mẽs. mons. fons. frons.

Syllabæ natura poſitio neq; longæ

## De Comunibus Syllabis.

Syllabæ comunes

[C]Omunes autem ſyllabæ modis fiũt nouem quibus aut na
c turaliter poetica licentia longæ: in breues aut naturaliter
breues transferuntur in longas. breuis uero tranſfertur ĩ
longam cum correpta uocalis in eodem uerbo a duabus excipitur con

Liquidarum uis

ſonantibus quarũ poſterior eſt liqda. Eſt. i. breuis natura in hoc Mens
tenebris obſcura ſuis. Eſt longa poſitione in hoc Mortiſq; tenebras. In

Sergiꝰ tax.

quo Sergius modo iniuſto utitur exemplo. Neue flagella. Flagellũ enĩ
in capite uerbi habet liquidam litteram cõſonanti ſubiectam: quæ po
ſitio nunq̃ breuẽ natura ſyllabam uerbi præcedentis poteſt facere lon
gam. Item natura breuis ſyllaba ad uotum poetarum trãſferi poteſt in
longam: Cum correpta uocalis in conſonantem deſinit & excipitur ab
h. lr̃a. Eſt. n. breuis natura in hoc. Porcinum tenuere gregem niger hi-
ſpidus horrens. Eſt uoluntate poetæ longa in hoc Vir humilis mœſto
deiectus lumine terrã: & item Mors fera per hominem miſerũ ſibi ſub
didit orbem. Vbi item quidam grãmaticorum dubium ponunt exem

Contra Victorinũ Donatum cæteros.

plum. Terga fatigamus haſta. Nam & ſi non. h. ſequeretur. mus. tamẽ
eſſe poſſit longa poetica licẽtia quia plenis pedibus ſuperfuit ſicut hoc
quod itẽ ponunt. Omnia uincit amor & nos cedamus amori. Vbi mor
ideo potuit produci quia poſt emenſos pedes integros partẽ terminat
oratõnis: tametſi uocalis ſequeretur. Tertius modus eſt ſyllabæ comu
nis cum uerbum aliquod in uocalem deſinens correptam: excipitur a

S. lr̃æ poteſtas.

duabus conſonantibus quarum prior ſit. S. Eſt. n. natura breuis in hoc
Fortunati Ordinibus uariis alba ſmaragdus ineſt. Eſt. n. poſitione lon
ga in hoc Sedulii. Aduẽiat regnum iam iamq; ſcilicet illud. Cum uero
S. in capite uerbi fuerit conſonanti alii ſubiecta nequaq̃ poteſt ultimã

Pompeiꝰ arguitur S. qũ liqueſcat

uerbi prioris ſyllabam producere quæ in breuem deſinerit uocalem ut
Sedulius Stare choro & placidis celeſtia pſallere uerbis & Fortũatus.
Vocibus alternis diuina poemata pſallunt. Falſoq; difiniuit Pompeius.
S. non poſſe liqueſcere: niſi ipſa antecedat ut Ponite ſpes ſibi quiſq;
hanc Virgilius & in medio uerbo alteri conſonanti præpoſitam ubi cõ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

m̃odum duxit:liquentium more tranſiliit. ut eſt . Hortatur Mneſteus
nunc nunc inſurgite remis. niſi forte hunc uerſum ita ſcandendum pu
tamus. ut ſit. Horta ſpondæus turmne. ſpondæus. ſteus nunc. ſpõdæus
Coniunctis ſcilicet uocalibus:quod diphthõgõ uocãt. Vnde bene Do
natus quum de liquẽtibus litteris loqueretur dixit. ſpecialiter de hac &
S. littera ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt. quæ in metris plerũq; uim con-
ſonãtis amittit. Eſt. n. modus quartus ſyllabæ comunis:quom poſt pe
dem quemlibet una ſyllaba breuis remanſerit de uerbo:quæ uel uocalẽ
definiens excipitur a conſonante uerbi ſequentis:uel in conſonantem
deſinens excipitur a littera uocali . Eſt. n. breuis natura in hoc. Q VO
ius onus leue eſt:quo ius iuga ferre ſuaue eſt. Eſt longa permiſſu poeti
co in hoc. FRONDEA ficus erat quo ius in robore nullus . Q uod ge
nus ſyllabæ inter longas uel omnino refugiendum uel parciſſime uſur
pandum eſt . Vnde & in recentioribus poetis non facile eius inuenies
exemplum. Q uãuis & apud Virgilium non rariſſimum. Apud Home
rum uero frequentiſſimum reperiatur. Item modus eſt quintus quom
pars orationis deſinit in diphthõgon ſequente ſtatim altera uocali .
Eſt enim per naturam longa in hoc. MVSAE Aonides. Eſt per licen-
tiam breuis in hoc. INSVLAE Ionio in magno:quod poſteriores poe
tæ magis in una parte orationis fieri uoluerunt . Vnde nec huius exẽ
plum facile in noſtratibus poematibus inuenies: aut cum diphthõgus
a uocali alterius uerbi excipitur. Tũc hanc per ſynaliphã tranſiliendũ
eſſe dicebant. ut Proſper in præfatione epigrãmatũ . Nec noſtræ opis
eſt hoc ſed ab alio ſumitur hic ros . Q ui ſiccam rupem fundere iuſſit
aquas. Sextus modus eſt ( ut Donatus ait ) cum producta uocalis eſt
uocali altera conſequẽte. eſt. n. lõga in hoc. O utinã in thalamos inuiſi
Cæſaris iſſem. breuis in hoc. Te Coridon o alexi trahit ſua quẽq; uolu
ptas. Q uod moderni uerſificatores in eadem potius parte orationis fa
cere conſueuerunt:ut eoo uenere magi & ſplendidius auctoris de uerti
Eous — ce fulget eous. Et rurſus longa eſt per naturã ita. Angelus Intactæ ceci
Maria cũ ac — nit properata Mariæ. Breuis per licẽtiam ita . Exultat Marie quum pri
centu penul — ma affamina ſenſit. At quum longa uocalis uel etiam breuis . quæ par-
timæ — tem orationis terminat excipitur a uocali alterius uerbi priorem per ſy
nalipham adſumunt. ut Proſper. Nam ſi te Virtute tua ad cœleſtia cre
das Scandẽda ſuperis pulſus in ima cadis. Q uãuis & Arator imitatus
ueteres dixerit. O utinã noſtris uoluiſſes fida Iuuentis. Conſiliis para-
re prius ne littora cretæ Liqueres inſani rabiem paſſura profundi. Se-
Hic ꝓnomẽ — ptimus modus eſt cum pronomen . C. littera termiatum uocalis ſtatim
ſequitur. Eſt. n. longa in hoc . Non quia qui ſummus pater eſt & filius

hoc eſt. Breuis i hoc: Hic uir hic eſt tibi quẽ promitti ſæpius audis. Sed — Hic aduerbi
& aduerbium. C. littera terminatum cõmunem ſyllabam facit. Eſt. n. lõ — um
ga in hoc Paulini. Donec adſpirãte deo conãtibus ægris. Breuis in hoc — Donec
Proſperi. Vt morbo obſeſſis præſtãda eſt cura medẽdi Donec in ægro
to corpore uita manet . Octauus modus eſt quum correptam uocalem
in eadem parte orationis ſequitur . Z. conſonans græca duplex . Eſt
enim longa in hoc. Iuuenci. Difficille eſt terris adfixus diuite gaza. — Gaza prim-
Eſt. n. breuis in hoc eiuſdem. Et gaza diſtabat rerum poſſeſſio fulgẽs . — breui
Nonus modꝰ eſt quom omnis ſyllaba nouiſſima uerſus in quocunq; me
tro a diaphora. i. indifferens eſt ad uoluntatem poetarum uel correpta
producitur uel corripitur producta. quod frequẽtius eſt q̃ ut exemplis
indigeat. Sciendum eſt autem quod. X. littera duplex nunq̃ facit comu — X lr̃æ pote-
nem ſyllabam ſed cum in eodem uerbo ſequitur uocalem ſemper eam — ſtas
habet longam aut natura ut pax lex. lux. Rex. Vox. aut poſitiõe ut fax.
nex. nix.. nux. nox. & exul. exitus. exitum. Cum uero in primordio fue
rit uerbi non poteſt producere finem prioris uerbi quod in breuem de
ſierit uocalem. Vt pontibus inſtractis cõduxit littora Xerſes. N. quoq; — H lr̃æ pote
littera pari ratione (ni fallor) quum in medio uerbo conſonanti alteri — ſtas
fuerit ſubiecta præcedentem ſyllabam ſiue natura ſeu poſitione ſemp̱
longam habet. ut regna calumnia. Cum nero in primordio uerbi fuerit
alii ſubiecta conſonanti: ut. gneus. gnarus. Profecto ultimam ſyllabam
uerbi prioris: ſi in breuem deſierit uocalem breuem hanc ut fuerat re-
manere permittit. neq; ullam producendi habet poteſtatem Proſpero
teſtante. qui ait. Nec tamen hos toto depellit fœdere gnaros. Naturam
erantum diuidere auitus. Vnde & inter liquidas adnumeratur : tamen
& ſi non ita ut. L. &. R. quæ communes ſyllabas facere ſolent.

## De primis ſyllabis

h Aec de differentia ſyllabarum paucis dicta ſunt: quas etiam
exemplis ipſe plurimum diſcernere poteſt: qui ſcanſionem
uerſus heroici diſcere curabit. Sed & qui nec dum ad hoc
peruenit: hunc interim hortamur ſyllabas omnium partium orationis
ex principio uerſuum heroicorum diligentius ſcrutetur. Omnis. n. uer
ſus hexameter qui. Vi. pedibus & pentameter quinq; pedibus conſtat
primam habet ſyllabam longam. qua uel a Spondæo uel a Dactylo in- — Pría ſyllaba
cipit quorum prior pes duabus longis ſyllabis conſtitit. ut dicens ſecũ — qũo cogno-
dus longa & breuibus duabus ut dicimus & ideo cum codicem hexame — ſcatur



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tri uel elegiaci carminis adſumis in manus quãcunq; paginam aperiens
inſpexeris.quẽcunque uerſum arripiens legeris abſq; ulla dubietate pri
mam ſyllabam aut natura aut poſitione longã inuenies.pentimemerim
ſiue ſpondæi ſiue dactyli conſtat eſſe principium.Item prima ſæpe ſyl
laba ex compoſitione figuræ depræhenditur ut neſcias qualis ſit pius

Prima ſylla ba accẽtu co gnoſcitur.

cognoſcitur. licet in aliquantis hoc fallat.Nam cum dicimus nubere.
nu.longa eſt .Item quum dicimus innuba aut pronuba fit brenis nu
in compoſitione. Item lux lucis.lu.longa eſt. lucerna breuis eſt . Item
homo breuis eſt ubiq;.humanus longa. Itur in antiquam ſyluam.I.lon
ga eſt Superũq; ad limem ituras.I.breuis. ſed hoc inuenire raro contin
git. Verum ſi qualibet pars oratiõis præpoſitionibus componatur pri
mas ſyllabas ex his cognoſcimus.Nam talis manebit fere omnis com
poſita ſyllaba qualis & ipſa præpoſitio fuerit ut Deceptus abundãs.De

De
Ab
Ad
Ob
In
Sub
Præ
Que

uidelicet longa & ab breuis.Item ex ipſis præpoſitionibus Ad & Ob.In
& Sub.diuerſæ in uerbis ponuntur.Nam corripiuntur cum creſcendo
diſyllabum ex ſe reddunt ut Adit obit.Inio. Subit. Indifferentes ſunt
quum triſyllabum faciunt ut Adicit obicit.Inicit.Subicit.producũtur
tantum cum tetraſyllabum ex ſe reddunt ut Adicio obicio.Initio Subi
cio.Irem producuntur quæ per Præ & per quæ in primis ſyllabis ſcri
buntur.Breuiantur uero Præcium præcor prehẽdo & p̃mo & queror .
i.querelam depono & quæ ex his per deriuationem uel declinationem
uel compoſitionem fieri poſſunt & que coniunctio.Item contra breui
antur ex hiſdem præpoſitiõib⁹ in compoſitione ut dehinc profectus

Pro
Verba quæ primas ſyllabas tempo rum ratione permutant.

profeſſus. profuxus. profatus proauus pronepos & cætera : Sunt item
aliquanta uerba quæ primas ſyllabas temporum ratione p̃mutant.quæ
ſubtercollecta in omni præterito perfecto uel in omni præterito pluſq̃
perfecto. Vel in uno futuro modi tantum coniunctiui producuntur.In
cæteris autem modis & temporibns breuiantur ut ſunt hæc Lego legi
cum legero. Faueo faui cũ fauero . Vẽio ueni cũ uenero . Fugio fugi cũ
fugero.Facio.eci.cum.ro.Sedeo ſedi.cum.ro. Foueo ui. cum.ro. Vi
deo.di.cum.ro.Voueo.ui.cum.ro.Fodio fodi cum .ro.Iuuo.ui.cũ.ro.
Ago.gi.cum.ro.Emo.mi.cum.ro. Lauo.ui.cum .ro.Odio. di.cũ. ro.

Verba præ ſenti tẽpore longa præte rito breuia.

Sero ſeui cũ.ro.Sino ſiui cum.ro. Caueo.ui.cum. ro. Item cõtra inue
niuntur quæ in p̃ſenti tempore producta ſunt & in præterito breuian
tur: ut ſunt hæc.Pono poſui.Cogo coegi. Do dedi.Sto ſteti . Ipſe oĩa
uerba quæ in præteritis ante creſcunt in primis Syllabis breuiantur
ut Pendo pependi. Tondeo totondi Pello pepuli.Itẽ in uerbis quæ eiſ

Liber
Pila

dem l̃ris ſcribuntur.Notãdum q; Liber ſi librum ſignificat aut corticẽ
breuem habet.Li. ſi liberũ longam. Pila ſi uas ſignificat longã habet

Pi.ſi ſphærã breuẽ.Securus longam ſe.Securis breuem.Domus breuẽ
Do.Doma.i. Tectum longã.plaga cum clima ſignificat breuis eſt pla.
quũ uindictam longa.Palus paludis breuis eſt Pa.Palus Li.longa. Po
pulus cum uulgus ſignificat breuis eſt:po.quum arborẽ longa.Nitens
a nitore breuis eſt Ni.Nitẽs a niſu longa.Item educo:educis lõga .du.
Educo as.i.enutrio breuis.Cõcido.decido.Occido.Incido.ſi ad caſum
pertinet correptam habent.ci.ſi ad conciſionem productam.Colo.is.
breuis co.Colo as producta.Placo.cas.producta.pla.Placeo correpta
Pareo pares .i.appareo.ſiue obtempero p̃ducta pa.Paro.ras.i. præpa
ro & Pario.ris.correpta. Parentes cum a parente ſignificat producta
Pa.quum genitores correpta.ſicut & pariẽtes. Idem ſi neutri generis
eſt corripitur ſi maſculini producitur in utroq; numero.Leuitas ſi inſta
bilitatem mentis deſignat aut puſillitatem ponderis breuis eſt le . Si le
nitatẽ tractus : Vnde ligna in ædifficio leuigat dicuntur longa eſt.Le.

Securus
Securis
Domus
Plaga
Pal⁹ dis & li
Populus
Nitens
Nitens
Educo is
Educo as
Colo is
Colo as
Placo as
Placeo es
Pareo es
Paro as
Pario is
Parẽtes
Pariẽtes
Idem
Leuis

De Mediis Syllabis.

m

Edias ſyllabas tribus modis cognoſcimus poſitiõe & diph
thongis & accentu: ſed de poſitõe & diphthõgis ſupra tra
ctauimus. Accentus aũt eſt quaſi adcantus dictus:q̃d ad cã
tilenam uocis nos facit cognoſcere ſyllabas:Q ui uocis accentus duo
ſunt ad ea quæ tractatus neceſſarii correptus & productus. Correpť⁹
eſt quoties ſine ulla mora uocis medias ſyllabas enũtiamus:ut Mœnia
Tabula. Product⁹ eſt quoties medias ſyllabas cũ aliqua mora uocis ex
primimus:ut fortũa:natura. Sciẽdũ eſt tamen quia illa quæ in uerbis
I correpta proferũtur quũ in mediũ uenerint & ipſam I in E mutaue
rint: Vt Legis lege legere ubiq; breuiantur excepto cũ a tribus excipi
untur cõſonãtibus.B.&.M.&.T.ut legebam legemus legetur . Cæte
ra melius accentibus colligũtur. Q ui accentus in triſyllabis & tetra
ſyllabis & deinceps ita conſiderandus eſt ut ſequatur Amiciſſimorum
q̃bus ſyllabis cõſtet ediſcimus primam breuẽ exẽplo:ut Nimiũ dilexit
amicũ: Secũdã cũ lõgo accẽtu inuẽimus. Tertiã lõgã poſitiõe. Q uar
tam breuẽ accentu quia cũ dicimus amiciſſimus penultimã cum breui
accẽtu inuenimus Q uintã accentu longam.ultima uero qualis ſit per
ſingulas p̃tes orationis monſtrabimus in ratione ſubiecta.

Syllabæ me die quot mo dis cogno ſcantur
Accent⁹ q̃d & unde

De Vltimis Syllabis nominum pronominum & Participiorum.

n

Ominatiu⁹ ſingularis has habet breues. A.ut Cithariſta ui
nea.toreuma.E.ut ſedile.O.ut ordo uirgo. V.ut cornu El
ut mel Il. ut uigil .Vl ut conſul. M ut tectum. N ut car
men. Vs . ut iuſtus curſus nemus Ir ut uir.or ut doctor T ut caput.has
item longas I ut Frugi Il uno æthruſco ut Tanaquil.Ol ut Sol.As . ut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facultas .C.ut allec. Item hæc ſunt quæ in monoſyllabis producunt.
In diſyllabis autem & triſyllabis uel in cæteris poliſyllabis corripiũtur
Ar.ut far.nar.cæſar.er.ut.uer.pater ur.ut fur. murmur. Is ut uis.glis.
Torcular — lis.fortis.Al ut ſal hannibal. Item torcular & puluinar producta quia
Puluinar — quibuſdam placuit hoc torculare dici non torcular & hoc puluinare &
Es — non puluinar. ES terminatus ſi quintæ fuerit declinationis produci-
tur ut dies. Si tertiæ tunc longa eſt cum genitiuus ſingularis non cre
ſcit ut labes tabes cædes puppes clades fames uulpes ædes ſedes.ſtra
Nubes — ges Hercules proles nubes. Quãuis quidam nubs nominatiuum ter
Nubs — minare maluerunt uel cum creſcens E productam ante nouiſſimam
ſyllabam habuerit ut merces quies mercedis quietis. Vel cum monoſyl
Pes — laba fuerint nomina aut de monoſyllabis ducta ut pes: bipes: ſonipes:
Sal — Vbi notandum ꝙ pes ſicut & ſal & par cum monoſyllaba eſt longa eſt:
Par — At cum per alios caſus declinari cœperit primam ſyllabam corripit.
Item ceres aries paries abies.nominatiuo & uocatiuo caſu producunt.
At in cæteris caſibus.E.corripiunt.Breuiantur uero.Es.ſi aut.E.in.I.
Os — mutauerit in genitiuo creſcente ut miles.tis. aut.E. breuem habuerit
ut ſeges ſegetis.Os monoſyllaba ſignificãs producitur ſi oſſa breuiat.
Quæ tamẽ Os ſyllaba cum in diſyllabis uel in triſyllabis uenerit & me
Vs — dia ſyllaba genitiui producta natura permanſerit tum lõga erit ut ne-
pos nepotis. Si uero correpta erit breuiatur ut compos.tis. Vs. Cum i
genitiuo creſcente: V lõga permanſerit producitur ut uirtus uirtutis.
tellus telluris. Excepto uno Palus ꝙ in genitiuo dis terminatur Palus
Palus — paludis, unde eſt hoc Sterilisq̄ diu palus aptaq̄ remis. Si uero in geni
tiuo creſcente correpta quia mutata permanſerit aut non creuerit bre
uiatur Vt pectus pectoris.uulgus uulgi Genitiuus datiu' & ablatiuus
producuntur.ſed genitiuus cum tertiæ fuerit declinationis cum Abla
Fames — tiuo ſuo.E.tantum littera terminato breuiatur ut a forte fortis excepto
uno quod producitur ut ab hac fame quia ueteres huius famei nõ huius
famis & huic famei & non huic fami declinabant. Vbi notandum ꝙ no
mina quintæ declinationis quæ in ei litteras Genitiuo & Datiuo caſu
terminantur & has diuiſas & utrãq̄ longam habent ut faciei diei. Ex-
ceptis tribus Fidei Rei Spei. Accuſatiuus breuis eſt ſemper Vocati-
uus ſimiliter excepto cum.I.terminatur ut Laurenti: Vbi notandum
ꝙ nomina quæ in ius terminantur in Genitiuo caſu duplici.I. effe-
runtur. In Vocatiuo Simplici in utroq̄ Longa: Vt Filius Filii o
Fili. Vel Certe Vocatiuum in E correptam terminant: ut Impius
Impie: Qui etiam Vocatiuus dum ſimilis Nominatiuo fuerit

regulam nominatiui ſequitur ut hæc paupertas & O paupertas.
Nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus plurales In maſculino & fœmi
nino genere producunt.Corripiuntur in neutro.Ambo & duo ſi neutra — Ambo
ſunt corripiuntur ſi maſculina producũtur.Gtũs pluralis in omnibus — Duo
breuis eſt.Datiuus & Ablatiuus ſi is terminantur longi ſunt ut doctis — Datiuus &
ſi bus breuiãtur ut rebus.hac regula nomina pronomina participia cõ — Ablatiuus
tinentur:& pronominis declinatio in hoc tantum differt ꝙ in monoſyl — plur.
labis quæ uocalibus terminantur ut me te ſe tu q.Aut uocalibus con-
ſtant ut O.In quolibet caſu producuntur.ſed genitiuus cum us finitur
breuiatur ut illius.Datiuus uero ut in nomine ſemper longus eſt exce-
pto mihi tibi ſibi quæ indifferenter poni poſſunt. Sic reliq quoq̄ caſus — Mihi
regulam ſumunt ex nomine. In græcis uero nomĩatiuus ſingularis has — Tibi
habet breues.A.ut eccleſia baptiſma.As cum genitiuus dos habuerit — As
ut Arcas Arcados Pallas Pallados.OS cum genitiuo diphthongon ha
buerit ut delos delou.Longas uero has.E.ut ſchole Synagogæ quæ la — Delos
tina cõſuetudo in A terminat.O.ut dido An ut titan.En.ut lien ſyren.
In ut delphin.on. ut memnon.er.ut aer.æther.As. ut æneas.Es.ut an
chiſes.Genitiuus breuiatur cum dos uel tos habuerit in fine ut arcados
poematos.datiuus cum.I.ut palladi.Accuſatiu' cum.a.uel.on. ut the
ſea delon.Alias longus eſt Vocatiuus cum.A.terminatur in maſculinis
tantum lõgus eſt ut o ænea. Nam in fœmininis corripitur ut cathedra
E terminatus producitur ut ſchole ſynagoge.pentecoſte paraſceue Ex
ceptis his quorum nominatiuus os terminatur ut petros petre.I. termi
natus corripitur ut alexi. O finitus producitur ut dido. Nominatiuus
& uocatiuus pluralis cum.A.uel es.terminatur breuia ſunt ut rhetho-
res chariſmata alias lõgi ſunt ut eccleſiæ. Genitiuus longus eſt ſi tamẽ
græcæ fuerit declinationis ut laon cedron ideſt populorum cedrorũ.
Datiuus.In.terminatus corripitur ut Arcaſin. Alias longus eſt ut lais
populis Accuſatiuus ſi as fuerit terminatus & a genitiuo ſingulari ue-
nerit.os.finito corripitur ut arcados arcadas alias productiõe lætatur.

De Verborum & Aduerbiorum temporibus.

i N uerbis primæ coniugationis producuntur A & AS. ut
ama amas in ſecundæ.E.& ES.ut ſede ſedes. In tertiæ pro
ductæ.I.&.IS.ut nutri nutris.In tertiæ correptæ breuia-
tur.E.&.IS.ut cerne cernis. In omnibus.O. corripitur ut amo ſedeo
cerno nutrio tametſi auctoritas uariet.eadem in Infinitiuo modo pe-
nultima ſyllaba.A.&.E.I.productas habent ut amare,ſedere nutrire.

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Item. E. correptam ut cernere. Similiter in aliis modis productis eiſdẽ uocalibus amarem amares amaret & cætera ad ſuam formam. E. correpta in uerbis tertiæ cõiugationis correptæ ut cernerem cerneres & cætera. Item es corripitur ut ſum es & cætera: quæ ex his componi poſſunt ut ſum ades poſſum potes.

Faxis
Velis
Adſis
Fac
Dic
Duc

Item faxis. uelis. Adſis longa ſunt quia pluralis numerus ea producit. numerus pluralis ut amares amaretis amaſſes amaſſetis. Item producenda ſunt quæ C terminantur. ut fac: dic: duc: induc: aut in I: ut amaui amari: aut in V. Corripiuntur autem quæ in M ut amem uel in. R. ut amer uel in us: ut amamus: uel in. T. ut amat uel in re ut amare: uel in is: ut amatis.

Aduerbiorũ quantitas
Vbi
Heri
Falſo
Noctu
Non
En
Ne
Toties

Aduerbia quæ in a terminantur productione gaudent: ut una. Quæ uero in E ſi ex nomine ueniunt & comparationis gradus ſeruant ut docte doctus doctiſſime producuntur. Si autem a ſe naſcuntur ut ſæpe aut non comparantur ut rite Aut in comparatione deficiũt ut bene male breuiantur. I finita præter quaſi ibi & ubi uel quæ ex ipſis fiunt ut ſicubi producuntur: ut heri. O indifferenter accipitur ut falſo. V. producitur: ut noctu L & R breuiantur ut ſemel pariter. Vl ut ſimul M ut tam. N uero excepto non & en. ubiq; breuiantur ut forſan S breuiatur ut magis funditus excepto cum A præceſſerit ut alias. C producitur ut hic illic adhuc. Monoſyllabæ prodeeuntur ut cur plus exceptis bis & ter. Verum Ne dupliciter profertur. Nam producitur cũ prohibendo dicitur: ut SCRVTARI ne cura procax abſtruſa labora. uel componitur prout non. Vt idem Proſper ait. ET uindicta breuis ſic noxia crimina finit. Ne ſine fine habeat debita pœna reos. Corripitur autem cum interrogando uel increpando ponitur. ut Tu ne cruente ferox: audax inſane rebellis? Es in numeris ut toties quoties ſepties Vities corripiť.

## De Coniunctionibus præpoſitionibus Interiectionibus.

Ita
Interea
Niſi
Etſi
An
Sin
Alioquin

c Oniunctiones ferme omnes corripiuntur: ſed quæ A uel I terminantur excepto ita quia niſi producuntur ut propterea Interea ſi & ſi. Quæ in N deſinunt ſi A uel I ante eam habuerint producũtur. ut an ſin. Alioquin. cæterum breuiatur attamẽ. Quãuis ꝑducitur cæteræ breuiantur exceptis quæ poſitione ſunt longæ: ut Aſt Aut &c.

## De Præpoſitienibus.

Præpoſitionum quantitas in tẽpoř

p Ræpoſitones accuſatiuæ ſolæ quæ in A exeunt producuntur ut Intra & una monoſyllabis. Ablatiuæ corripiuutur ut ab. Exceptis monoſyllabis quæ aut Vocalibus conſtant ut. a. aut uocalibus terminantur. ut de. Cõmunes præpoſitiones correptas eſſe liquet ut In. ſup. ſub. ſubter. Nec de loq̄laribus præpoſitionibus reticend̃ tam&ſi non in fine ſed in principio ſemper ponãtur quæ ſunt am. co. con. di. dis. re. ſe. Quod am & diſ. poſitionem quærunt ut amplector diſiungo & iõ longæ ſunt. co. dichronæ. ut coherceo conecto. Cen. longa ut conitio. di. longa ut dirigo. Se. longa ut ſecerno. Re aũt ubiq; breuiatur ut remuto excepto refert. cũ diſtat ſignificat ut præterea rara nec mutari pabula refert & unum uerbũ reicio ut Reice ne maculis infuſcet uellera pullis.

Di
Dis
Re
Se
Am
Con
Co
Refert
Reicio

Omnes interiectiões ſi monoſyllabæ fuerint ut heus producuntur: Ceteræ uero exemplo ſimilium partiũ orationis exiſtimandæ ſunt: Itẽ interiectiones omnes ut Audacius ait: quæ de græco ſermone mutuati ſumus: Ideo in nouiſſimis ſyllabis faſtigium capiunt. ut pape atat. Eodem mõ & cæteræ ſimiliter uel acutũ uel circũflexũ ĩ ultimo ſumũt accẽtũ.

Interiectiones in ſyllaba.
Faſtigiũ ꝑ accentu
Pape
Atat

## De Pedibus

p Es eſt ſyllabarum & temporum certa denumeratio: dictus inde quod hoc quaſi pedali regula ad uerſum utimur menſurandum. Sunt autem pedes diſſyllabi quattuor: triſſyllabi octo. Tetraſyllabi ſedecim. Singuli nominatim diſtincti: atq; ex his geminatis adcreſcunt ſine nomine qui generaliter ſyzygiæ. i. coniugationes dicuntur. Vnde fit oẽs pedes a diſſyllabis uſq; ad hexaſyllabos. CXXIIII. colligi de quibus in Donato pleniſſime quiſq; uelit inuẽiet. ſed nos in ꝑſenti opuſculo diſyllabos & triſſyllabos tantũ meminiſſe ſufficiat. Ergo diſyllabi quatuor hi ſunt. Pirichius ex duabus breuibus temporũ duũ ut amor huic cõtrarius eſt ſpondæus ex duabus lõgis tẽporũ quatuor ut æſtas. Iambus ex breui & longa tẽporũ triũ ut parẽs huic cõtrarius trochæus ex lõga & breui temporum trium: ut uerſus.

Pes quid & unde
Pedes diſyllabi
Pedes triſyllabi

## De Triſyllabis

t Rriſyllabi octo hi ſunt tribrachus ex tribus breuibus tẽporũ triũ: ut macula. huic cõtrarius ẽ moloſſus ex trib⁹ lõgis temporũ ſex ut æneas. Anapæſt⁹ ex duab⁹ breuib⁹ & una lõga tẽporũ quatuor ut pietas. huic cõtrari⁹ ẽ dactylus ex pria lõga & duab⁹ breuib⁹ tẽporũ quatuor ut regula. Amphibrachys ex breui & lõga & breui: tẽpoꝝ quatuor ut harena huic contrari⁹ ẽ amphimachr⁹ ex lõga & breui & lõga tẽporũ qnq; ut ĩpotẽs. Bacchi⁹ ex breui & duabus lõgis tẽpoꝝ qnq; ut poetæ. huic contrari⁹ eſt antibacchius ex duab⁹ lõgis & breui temporum quinq; ut natura. Hos ſequuntur ut dixi pedes tetraſyllabi. xvi. pentaſyllabi. xxxii. hexaſyllabi lxiiii. ſed hec interim noſtro operi quod de arte metrica cudimus ſatis eſſe putamus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hexametrũ Heroicum.

m Etrum dactylicum hexametrũ quod heroicũ uocatur: iõ ꝙ hoc maxime heroum: hoc eſt uirorum fortiũ facta cane-rent: Cæteris omnibus pulchrius celſiuſq; eſt. Vnde opuſculis tam prolixis: q̃ ſuccinctis: tam uilibus q̃ nobilibus aptum eſſe cõſueuit. Cõſtat autem ex dactylo & ſpõdæo uel trochæo ita ut recipiat Spõdæum locis omnibus præter quintũ. dactylum preter ultimũ trochæũ uero loco tantum ultimo. uelut quidam diffiniunt. Spondæum in ultimo loco ſemper & in omnibus præter quintum.

Trochæus ĩ Heroico uerſu locũ non habet.

Trochæum uero nuſq̃ quia & ſi ultima breuis eſt natura tamẽ ſpondæum facit ad uotum poetarum. Qui ut prædiximus ultimam uerſus omnis Syllabam indifferẽter accipiunt: Alioquin legitimum numerum uiginti quatuor tempoꝝ uerſus hexameter non habebit. quæ tot illum pro ſui perfectione habere decebat: quot habet libra plena ſemuncias huius exemplum.

Hexametri carminis & heroici tẽpora. xxiiii.

Culmina multa polos radianti lumine complent. Hoc metrũ poſt Homerum heroici nomen accepit pythium antea dictum. eo ꝙ Apollinis oracula illo ſunt metro edita. huic cognatum eſt & quaſi familiariter adherens ita ut ſine ipſius præſidio nunq̃ id poſitum uiderim:

Heroicũ qñ primũ nominatum.

Metrũ dactylicum pentametrum quod recipit ſpondæum loco primo & ſecũdo dactylum locis omnibus catalecton in medio & fine huius exemplum.

Pẽtametrũ quot & qbus pedibus cõſtet.

lætanturq; piis agmina ſcã choris. huius metri uerſus quidam ita ſcandendos aſtruunt. ut quinq; abſolutos pedes eis ineſſe doceãt. Spondæum ſiue dactylũ loco primo & ſecundo. ſpondæum tertio ſemper. quarto & quinto anapæſto ueluti ſi dicas. Quærite regna poli Quærite regna poli. Quærite dactylus. regna po. dactylus. liquæ. Spõdæus rite reg anapæſtus. napoli. anapæſtus.

Pentametrũ elegiacum qũo ſcandi debet

Quod rõne eiuſdẽ metri (ni fallor) minus uidetur eſſe conueniẽs. cum uniuerſi qui hoc metro uſi ſunt uerſum omnem in medio diuiſerint: & duabus pentimemeris conſtare uoluerint. Quarum prior dactylum ſiue ſpondæũ licent in utraq; regione recipit. poſterior ſolos dactylos in utraq;. hoc autem & ſuperius metrum ubi iuncta fuerint elegiacũ carmen uocatur.

Eleg⁹ unde

Eleios nãq; miſeros appellant græci & huius modulatio carminis miſerorum querimoniæ congruit ubi prior uerſus hexameter ſequens eſt pentameter. Quo genere metri conſtat canticũ deuteronomi apud hæbreos: ſed & pſalmos. CXVIII. & CXLIIII. eſſe ſcriptos. Namq; librũ beati Iob ſimplici hexametro ſcriptum eſſe aſſeuerant. obſeruandum eſt autem in carmine elegiaco. nequid unq̃ de ſenſu uerſus pentametri remaneat inexplicatum: quod in ſequenti uerſu hexametro reddatur ſed uel uterq; ſenſibus ſuis terminetur uerſus.

Elegiaci uerſus decorũ

Vt Sedulius CANTEMVS ſocii domino cãtemus honorem: Dulcis amor Chriſti perſonet ore pio. Vel ſibi mutuo prior hexameter ac pentameter ſubſequens prout poetæ placuerit conſeruntur. Iuxta illud Proſperi. SOLVS peccator ſeruit male: qui licet amplo Vtatur regno ſat miſer eſt famulus. Nam ſequentes uerſiculi & ſi his ſunt ſubiecti ſibi met: Sunt tamen inuicem coniuncti. & ſecundus primo dat ſupplementum. Sequitur. n. CVM mens carnali nimium dominante tyrãno: Tot ſeruit ſceptris dedita quot uitiis.

## QVAE SIT OPTIMA CARMINIS FORMA.

Hexametri carminis optima forma quæ

a T uero in hexametro Carmine concatenatio uerſuum plurimorum ſolet eſſe gratiſſima quod in Aratore & Sedulio frequenter inuenies modo duobus modo tribus modo quatuor aut quinq; uerſibus: nõnunq̃ ſex uel ſeptem uel etiam pluribus ad inuicem connexis. Quale eſt illud LOTH SODOMAE fugiente chaos dum reſpicit uxor In ſtatuam mutata ſalis: ſtupefacta remanſit. Ad pœnam conuerſa ſuam: quia nemo retrorſum Noxia contempti uitans diſcrimina mundi Aſpiciens ſaluandus erit: nec debet Arator Dignum opus exercens uultum in ſua terga referre: & Arator. IVRA miniſterii ſacris altaribus apti. In ſeptem ſecuere uiros: quos undiq; lectos Leuitas uocitare placet. quam ſplendida cœpit Eccleſiæ fulgere man⁹ q̃ pocula uitæ Miſceat: & latices cũ ſanguĩe porrigit agni Verum huiuſmodi cõnexio ſi ultra modum procedat faſtidium gignit ac tedium:

Hymni cuius modi eẽ debent

Hymnos uero quos choris alternantibus canere oportet neceſſe ſingulis uerſibus ad purum eſſe diſtictos. ut ſunt omnes Ambroſiani: Optima autem uerſus dactylici ac pulcherrima poſitio eſt. Cum primis penultima ac mediis reſpondent ultima: qua Sedulius frequenter uti conſueuit. Vt PERVIA diuiſi patuerunt cerula ponti. Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plãtas. Edidit humanas animal pecuale loquelas. Itẽ Pentametro. DIGNATVS noſtris accubitare thoris. Rubra quod ad poſitum teſta miniſtrat holus. Nec tamen hoc continuatim agendum: uerum poſt aliquot interpoſitos uerſus. Si. n. ſemper uno modo pedes ordinabis & uerſus tamen & ſi optimus ſit ſtatus: ſtatim uileſcit. Aliquando uerſum nominibus tantum perficere gratum ẽ Vt Fortunatus. LILIA Narciſus Viole roſa nardus Amomum. Oblectant Animos gramina nulla meos. Quod idem & in propriis fecit nominib⁹. SARRA rebecca rachel heſter Iudith Anna Noen ue. Quamuis præcipue culmem ad aſtra leuent. Fecit & in uerbis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

BLANDITVR Refouet ueneratur honorat obumbrat. Et Locat in
thalamo membra pudica ſuo. Studendum eſt præterea metricis quan
tum ars decoro non obſiſtit ut mobilia nomina fixis præponantur: Sed
ne continentia nomina coniunctum ponant: uerum interpoſita q̄libet
alia parte orationis. MITIS in imitem uirga eſt animata draconem.
Prius poſuit mitis quam uirga: prius imitem quam draconem. ſed &
hoc diſcretum eſt interpoſito uerbo eſt animata non quod hæc ſemper
obſeruari neceſſe ſit: ſed quia cum fiunt decore fit. Nam & Proſper per
mutato hoc ordine fecit uerſū decentiſſimum. MORIBVS in ſanctis
pulchra eſt concordia pacis. Rex Cæli æterni ſtabili regit omnia nutu:
Nec mutat uario tempore conſilium. Et Lucanus poeta ueteranus. Cæ
ſaris & Pompei prœlia deſcripturus ita incipit BELLA Per Emathi-
os pluſquam ciuilia campos. Iuſq; datum ſceleri canimus populumq;
potentem. In ſua uictrici co nuerſum uiſcera dextra. Cumq; ſuperba ſo
ret Babylon ſpoliāda tropheis Auxoniis umbraq; erraret Craſſus iulta
Bella geri placuit nullos habitura triūphos.

## De Scanſionibus ſiue cæſuris uerſus Heroici.

Heroici cat
minis ſcāſio
nes quatuor

ſ Canſionum aūt in uerſibus ſunt ſpecies quatuor Coniūcta
Diſiuncta mixta diuiſa. Coniūcta quæ cæteris laudabilior
habetur Illa eſt ubi nunq̄ pes cū uerbo finitur. IN MOR
TALE nihil mundi cōpage tenetur. Diſiuncta ubi uerba cū pedibus
terminātur. ut eſt. Hæc tua ſunt: bona ſunt quia tu bonus omnia con
dis. Quā uerſificatōis ſpēm rariſſime inuēies. nā & ſi nō poſt duos uel
tres pedes ſyllaba ſupſuerit qđ pētimemerim & heptimemerim uocāt
ratus haberi uerſus nequit. ſic ut hic poſt duos pedes ſunt poſt tres cū
ſupereſt mixta ſcanſio quæ utrumq; in ſe habet ut in quibuſdam con-
iunctus in quibuſdam uero ſeparatus ſit uerſus: ut NOBIS certa fides
æternæ in ſecula laudis. Pacificus deus ī numerum ſibi prolis adoptat.
Diuiſa eſt ubi primi tres pedes concatenati inter ſe: a reliquis pedibus
ſeparati ſunt. Inde dei genitrix pia uirgo Maria coruſcat. & Proſper
Corde patris genitum creat & regit omnia uerbū Nec mius cæſurarū
intuendus eſt ſtatus. quæ & ipſe ſunt quatuor: pentimemeris: heptime

Cæſur̄ quot
& quæ
Pentimeme
ris

meris Catatritontrochæum bucolicæ tome. Pentimemeris ubi poſt du
os pedes inuenitur ſemipes qui uerſum diuidat & partem terminet ora
tionis: ut CVM ſua gentiles. Heptimemeris ubi poſt tres pedes inueni
tur ſyllaba: ut CVM ſua gentiles ſtudeant. dicta autem pentimemeris

Heptimeme
ris

& heptimemeris græce quaſi ſemiquinaria & ſemiſeptenaria Quia cū
per ſpondæos fiunt hæc quinq; ſyllabis illa conſtat ſeptem & in hac qn
ta ſyllaba Semipedem. in illa tenet ſeptimā Catatritontrochæum ubi

Catatriton-
trochæum.

tertio loco inuenitur trochæus non quod in medio uerſu eſſe poſſit tro
chæus: ſed ſublata de dactylo ſyllaba remanet trochæus GRANDI
SONIS pompare modis. Bucolice tome ubi poſt quatuor pedes non

Bucolice to
me

aliquid remauet. SEMPER principium ſceptrum iuge gloria cōſors.
Xp̄s erat panis Chriſtus petra Chriſtus in undis. Quæ cæſura Inde
nomen habet quod in bucolicis ſæpe inueniatur. Item ubi poſt duos pe
des ſupereſt ſyllaba Comma dicitur ubi poſt duos pedes nihil remanet

Cōma
Colon
Periodos

colon uocatur. Quæ tamen nomina apud oratores indifferenter po-
nuntur qui integram ſententiam Periodon appellant: partem autē cola
& cōmata dicuntur ut puta. SVSTINETIS. n. ſi quis uos in ſeruitu
tem redigit. Colon ē. Si quis deuorat Colō ē Si qs accipit Colō ē Si qs
extollitur & cætera uſq; ad plenam ſentētiam cola ſunt & cōmata: Plēa
aūt ſententia Periodus eſt: Interp̄tatur aūt colon mēbrū Coma inciſio
Periodus clauſula ſiue circuitus.

## De Synalipha.

Synaliphe
qd & unde.

ſ Ynalipharum quoq; commemoranda ratio eſt: quia non
nunq̄ ultima uerbis ſyllaba uel particula ſyllabæ uidetur
abſumi: unde ſynalipha græce dicitur quaſi quodam ſaltu
tranſmittens. Fit autem duobus modis: quod cum aliqua pars oratio-
nis aut in uocalem litteram: aut in M. conſonantem deſinit: incipien-
te a uocali ſequente parte orationis. Illa quæ ſequitur pars orationis
præcedentem uel litteram uocalem uel ſyllabam quæ in A deſierat:
ſua uocali abſumit. quod dico huiuſmodi eſt. Arta uia eſt uere quæ du
cit ad atria uitæ. Scāditur. n. ita. Artaui dactylus eſt ue Spondæus. in
tercepta A ſyllaba per ſynalipham abſumitur: & particula ſyllabæ: cū
dicit ut Proſper. Sumite q̄ magna adpoſuit ſapientia menſæ. Scandit̄
n. ita Sumite dactylus quæ mag ſpōdæus. nadpoſu. dactylus. abſum
pta parte ſyllabæ per ſynaliphā. Itē pars ſyllabæ q̄ in M deſierat ſyna
lipha intercipitur cum dicit. Nullus enim eſt inſons ſola formidine pœ
næ. qui ſanctum & iuſtum non amat imperium. Scanditur. n. ita nullꝰ
e dactylus. neſtin. ſpondæus abſorta M per ſynalipham. Item Qui
ſāc. ſpondæus. et iuſ. Spondæus abſumente ſynalipha particulā ſylla
bæ um. Item tetraſyllaba quæ in M terminata eſt per ſynalipham inte
riit. Cum dicit. Magnum præſidium eſt ſacro libamīe paſci. Si cor par



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ticipis crimina nulla premunt. Scanditur.n.ſic. Magnum. ſpondæus
præſidi.dactylus.eſtſa. Spondæus. Intercepta um.ſyllaba per ſynali
pham. Quæcunq; ergo uerba in.m.terminantur iuxta poſitione cōſo
nantis alicuius defendantur ſynalipha irrumpente: ſyllabam ultimam
aut perdunt ſemper aut minuunt.excepto cum ab.h.littera ſequens ſer
mo incohauerit. Tunc &.n.in arbitrio poetarum eſt uerum hæc inſtar
fortium conſonantium ſynaliphā arceat An pro modo ſuæ fragilitatis

Eſt.n.longa naturaliter in illo Paulini: ut CITHARIS modulans uni
us uerbere plectri Eſt breuis licenter in illo Sedulii. VNIVS ob meri
tum cuncti periere minores. Item natura eſt lōga in hoc Paulini DIS-
CVTIEBAT ouans galea ſcutoq; fidei. Licentia breuis in hoc Proſpi
DIVITIAS iam nunc promiſſi concipe regni. Virtute & Fidei quod
cupis eſſe tene. & hoc ut ſupra retulimus inter cōmunes ſyllabas com
putatur. Vbi autē in metris prendo pro prehendo: uel ſecla pro ſecula
legitur: uel aliquid huiuſmodi non eſt ſynalipba ſed ſyncope: quæ ſpe
cies eſt metaplaſmi. quia non ſyllaba uel littera ſcripta ſcandendo au
fertur: ſed nunq̄ ſcriberetur libertate poetica prouiſum eſt: unde illum
Maronis uerſiculum. NEC tota tamē ille prior præeūte carina. Ita ſcā
dendum eſſe: ratio probat ut primus ſit. Nec to. Spondæus deinde
tatamen Dactylus illepri Dactylus orpree Dactylus. Adbreuiat. N.
diphthongon propter uocalem quæ ſequitur untecarin Dactylus &
Spondæus qui terminent. Quis enim audiat Victorinum docentem
ut ſcandamus ente carina. Facientes ſynalipham in media parte oratio
nis quod nunquam fecere priores. Fit autem ſynalipha in omni parte
uerſus etiam in extrema: ut Proſper. SED rerum auctori nullus cogni
tus ordo eſt. Fit & poſt uerſum ſynalipha quæ ad ſequētis uerſus caput
intendat ut Paulinus QVE decus omne operum perimebant Impro
ba fedaq; obice proſpectum cæcantia. Sunt namq; ultimi uerſus illius
pedes IMPROBA dactilus fœda Spondæus & prima ſequentis. per
ſynalipham Quæ obice dactylus. proſpectū Spondæus.

Fidei
Comprēdo
Secla

Victorinus
arguitur

## DE Sinalypha uel Dereſi.

C Oniunctionem etiam ſolutionemq; ſyllabarum quā græ-
ci epiſinalyphā & diereſin uocāt ubi neceſſe eſt licitā ſcire
metricum decet coniunctionē uidelicet qua duæ de trib⁹

Diereſis

ſolutionem qua duæ de una ſyllaba efficiunt coniunctionis. AEDIFI
CANT. ſectaq; Intexunt abiete coſtas & cuſtodes ſufferre ualent la
bat ariete crebro ianua & tenuia nec lane p cælum uellera ferri. Abiete
quatuor ſyllabas habet breues. ſtringe illud & fit ab poſitione longa qa
A. uocalis deſinit in. b. excipitur ab. I. loco conſonantis poſita. Sic &
ARIETE naturaliter breuis eſt A: iunge. R. ad ipſam. I. & E ſibi
met: & fit ar ſyllaba poſitione longa quia ſequitur. I. loco conſonantis
poſita Itē TENVIA ſtringe ten. & fac. V. conſonantē & ſic de tetra
ſyllabo facis dactylum triſyllabum tale eſt ET fluuiorum rex aridanus.
Fluuio anapæſtus eſt ſed ſi facis ſtringendo unam ſyllabam. Fluu alte
ram. io. efficis de anapæſto ſpondæum. Hæc coniunctio ſiue ſolutio
ſæpius in. I. uel in. V. litteris fit Quarum & in noſtratibus poetis mul
ta habes exempla: ut Paulinus. SIM profugus mundi tanq̄ benedictus
Iacob. Fortunatus. DIRIGIT & Iacob terra beata ſacros. Hic I & A
diſcindit ille conglutinat. Item Paulinus PARIETIBVS nouitas la-
tet intus operta uetuſtas. Parieti Dactylum fecit de proceleumatico
conglutinatis contra naturam. A. & . R. in unam ſyllabam. I. & . E. in al
teram. Item ſedulius diſtinctis. V. & . A. CVIVS onus leue eſt cuius iu
ga ferre ſuaue eſt. Item Proſper coniunctis. NEC Chriſti & templo
ſuauior exit odor. Item Paulinus diuiſis. V. & . I. iuxta naturam. CON
SCIA ſeruitii quid geſſeris & cui tandem. Fortunatus: cōnexis iuxta
licētiam poeticam. CVI tamen hoc opus eſt cum uirginitatis honore.
Vt placeat ſponſo mens moderata ſuo. Item diſiunctis in alio pronomi
ne Paulinus CVM ſubito aut illis corda hoſtib⁹ aut huic ora. Proſper
conglutinatis HVIC homo. ſi recte famulatur proximus hæret. Maro
E. & . I. coniunctis. TYTIRE paſcētes a flumine reiice capellas. Item
alibi ſeiunctis iuxta naturam. REICE ne maculis infuſcet uellera pul
lis. Iungit (ni fallor) & Paulinus eaſdem: ubi ait. AST aliis pictis
accendunt lumina cereis. Niſi forte Dactylum in ultima uerſus regiōe
contra morem poſuiſſe dicendus eſt. Recipit & . R. littera ſolutionem
quāuis ordine diſſimili. Ibi enim diſciſſis ſiue conglutinatis uocalibus:
ſyllaba contra naturam aut adcreſcit aut interit. hic autē ea uocali quæ
nequaq̄ adſcripta eſt in ſono uocis adſumpta ſuper adcreſcere tamen
ſyllaba conſueuit ut illa CONTINVO ſtatuunt terdena argenti. &
Paulinus. Et ſpacii cœpere & culminis incrementa: & rurſus. SIC pro
pe ſic longæ ſic culmina res pgebat. Et Prudens in pſychomachia DI
XERAT & læta libidinis interfectæ: & idem in eadem PALPITAT

Cui biſylla-
bum

Huic pyrrhi
chius

R. littera ſo
lutōne patit

Spondæus i
quito nunq̄
ponitur

atq; aditu ſpiraminis intercepto. Neq;.n. in quinta regione uerſus he-
roici ſpondæum ponere moris erat: ſed ita tamen uerſus huiuſmodi il-
los ſcandere uoluiſſe reor. Vt addita in ſono uocali quam non ſcribe-
bant dactylus potius q̃ exiſteret ſpondæus uerbi gratia; INTERICE
PTO Interementa interefactæ reſperigebat & per ſynalipham dena-
Arigentum pro argento
rigenti Q uod id eo magis. R. litteram q̃ cæteræ conſonantes patiun-
tur. Q uia quæ dure naturaliter ſonat durior efficitur cum ab aliis con
ſonantibus excipitur atq; ideo ſonus ei uocalis apponitur: cuius tempe
ramento eius leuigetur aſperitas. Q uod etiam in cantilenis & eccleſia
ſticis ſæpe in eadem. R. littera facere conſuerunt; qui antiphonas uel re
ſponſoria: uel cætera huiuſmodi quæ cum melodia dicuntur: rite doce
re norunt. ſed & hoc cõmemorandum quia cum nomina quæ in ius uel
quæ in ium terminantur duo. I. in genitiuo habere debeant caſu duarũ
æque ſyllabarum metrici nonnunq̃ in eodem genitiuo caſu unam ſylla
bam ponunt pro duabus: uel ablata uidelicet una. I. de duabus uel amba
bus in unam ſyllabam geminatis. q̃uis id fieri poſſe Donato teſtante
plurimi negẽt. Dicit.n. Paulin⁹ OBLEctãs iopẽ ſẽſu fructuq; peculii.
Q uod ſi quis dixerit hic eum more antiquorum dactylum in fine po-
ſuiſſe uerſiculi: legat quod idem alibi dicit. EXCOLVIT biiugis la-
quearu & marmore flabri. Excolu dactylus. it bi iu dactylus gis laque
Dactylus. qui eſt.n. pes quartus aruet. habet.n. quatuor ſyllabas longã
breuem & duas longas. Epitritus in heroico uerſu eſſe non poteſt: forte
ergo ſpondæus eſt abſumente ſynalipha duas uocales ſuperuentu uni⁹
quod non facile uel a grãmaticis permiſſum uel a poetis uſurpatum in
nenies. tametſi dixerit Fortunatus VICENTI hiſpania ſurgit ab arce
Præfati pro ſupradicti.
decus Cuius ſcanſio uerſus par eſt præfati niſi forte regulam Lucilii ſe
cuti ſunt. qui Luciliũ & Emiliũ & cætera nomina quæ. I. ante. V. habẽt
Antoni pro Antonii
non ſolum in uocatiuo ſed & in genitiuo caſu per unum. I. ſcribi poſſe
exiſtimant.

Q uod & auctoritas ſæpe & neceſſitas metrum uiolet.

Ttamen intuendum eſt nobis quia & auctoritas nonnun-
a
quam & neceſſitas metricæ diſciplinæ regulas licite con
temnit. Neceſſitas quidem in uerbis quæ non aliter in uer
Baſilica pro celeumatic⁹
ſu poni poſſunt ut ſunt ea quæ quattuor ſyllabas breues habẽt. BASI
LICA Italia religio. uel tres primas breues: ut Relique: uel unam in me
dio breuem: ut Veritas Trinitas. quæ neq; dactylum conſuetum neq;
Spõdæum facere poſſunt quæ propriis nominibus maxime ſolet eueni

re huius exemplum. Italiam ſequimur. longam poſuit quia non aliter
Italiam quam ſæpius erat nominaturus appellare ualebat niſi aut ſylla
bam quæ natura breuis erat produceret aut tribrachum loco dactyli po
neret. Sic cũ de apibus loquẽs aluearia nominare uellet poſuit neceſſi
tate antibacchium in uerſu dactylico. SEV lento fuerint aluearia uimi
Religio
ne texta. & Paulinus Q VI ſimul hac ſci p religione coiſtis. Re. contra
naturam pro longa poſuit quia non aliter hoc nomẽ uerſus hexameter
Baſilica peõ primus
recipere ualebat. Tale eſt & illud eiuſdem BASILICA hæc iuncta tri
bus patet area cunctis. Namq; alibi pro breui ponitur eadem ſyllaba di
cente Fortunato. Hic Paulina agnes baſiliſſa eugenia regnãt. his & aliis
huiuſmodi neceſſitatibus credo factum q; de libro beati Iob loquẽs hie
ronymus cum dixiſſet cum maxima ex parte uerſibus hexametris apud
hebræos eſſe deſcriptum. Addidit qui dactylo ſpondæoq; decurrentes
propter Idioma linguæ crebro recipiunt & alios pedes eorũdem quidẽ
temporum: ſed non earũdem ſyllabarum. Authoritate autem contem-
nitur regula grãmaticorum: ut Sedulius in clauſula carminis cuius ſu
pra memini cum dixiſſet GLORIA magna patri ſemper tibi gloria na
te: Subdidit CVM ſancto ſpiritu gloria magna patri. Spiritus.n. pri-
mam ſyllabam habet longam. unde uera ſcanſio uerſus iſtius hæc eſt: cũ
ſanc. Spondæus toſpiri Antibacchius non dactylus. ſed poeta ut glo-
riam ſanctæ & indiuiduæ trinitatis clara uoce decantaret neglexit regu
lam grãmaticæ diſpoſitõnis. Idem ipſe in carmine paſcali. SIC ait ipſe
Sedulii uerſus licẽtioſi
docens ego in patre & pater in me eſt. Sic ait: dactylus. ipſe deo: dacty
lus cenſe Trochæus: gipa. Spondæus ablata O per ſinalypham: Si ſcã
dere uis cenſego & facere dactylum cõtra morem ipſius Sedulii quem
per omnia ſeruauit & agis ut immunis ſtet uocalis altera ſuperueniẽte
uocali de foris. Idem in eodẽ opere. CLARIFICA dixit nomen cuius
magnaq; cælo. In quo ut ueritatẽ dominici ſermonis aptius comẽdaret
poſtpoſuit ordinem diſciplinæ ſecularis. Idem iterum SCRIBITVR
& titulus hic eſt rex iudæorum Q uod quomodo ſcandendum iudica
uerit uideat qui poteſt utrum iudæoꝝ duos ſpondæos. Q uinta & ſexta
regione: contra morem an ſolutis ſyllabis iuxta quod ſupra monſtraui
mus dactylum fieri uoluerit & Spondæum.

Vt priſci poetæ quædam aliter q̃ moderni poſuerunt.

Am & in exẽplis antiquorũ inueniunt aliquoties duo ſpõdæi
n
Verg. locus
in fine uerſus: Sicut & duo dactyli nonnunquam ut ſunt illa
Maronis. AT tuba terribilem ſonitũ procul excitat horrida

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

& AVT leues orcas lento ducunt argento. Q uãuis hoc rariſſime inue
niatur niſi ita ordinatum ut & dactyli qui in fine eſt ultima ſyllaba per
ſynalipham ſequenti uerſui iungatur & Spondæus qui in quinta regio
ne eſt. R. litteram habeat alteri conſonanti uel præpoſitam: uel ſubie
ctam cuius duritia per adiectam uocalem leuigata: Dactylus reddatur
in ſono cum pareat ſpondæus in ſcripto. Q uod utrunque ut fiat exem
plis ſupra monſtrauimus qui & aliis in metrico opere regulis multum
libere utebatur. quas moderni poetæ diſtinctius ad certe normam diſ
finitionis obſeruare maluerunt. Nam & uocalem breuẽ quæ. Q. &. V.
[Lucret.] & uocali qualibet exciperetur uoluere eſſe communem ut Lucretius.
Q VAE calidam faciunt aquæ tactum atq; uaporem & uocalem in fi
[Virgilii carmina licẽtioſa] ne uerbi breuem: quæ exciperetur a conſonante & liquida. Inter cõmu
nes ſyllabas deputauere: ut Virgilius AESTVSq; pluuiaſq; & agentes
frigora uentos & Sibilantum auræ primum aſpera ſylua lappæq; tri
bulieq; abſint fuge pabula læta. Q uod nunc poetæ in eadem parte ora
tionis (ut ſupra docuimus) magis fieri oportere decernunt. Idem uo
calem in fine uerbi correptam quæ excipitur a littera .ʒ. inter commu
nes ſyllabas deputauit ut. EVRI zephyriq; tonat domus. Q ui eadem
libertate ſinalypha utebatur. ſi quid & M. ubi uoluit in fine uerbi poſi
tam a ſuperuenientis uocalis aſſumptione reſeruauit. ut SIT pecori:
apibus quanta experientia partis. Et longam cum uoluit breuiauit: ut
ET LONGVM formoſe uale uale inquit iolla & CREDIMVS an q
amant ipſi ſibi ſomnia fingunt & diphthongon reſeruauit ut VLLA
morã fecere neq; aoniæ aganippæ & eãdem breuiauit. ut INSVLAE
ionio in magno. Q uæ cuncta poſteriores poetas ut dixi diſtinctius ob
ſeruare reperies.

De metro Phaleucio.

u Erum de metro heroico quæ uidebantur tractauimus. li
[Phaleciũ carmen] bet & aliorum genera metrorum ea duntaxat quæ magis
uſui habere reperimus: parumper commemorare. Eſt igi
tur dactylicum metrum Phaleucium pentametrum quod conſtat ex
Spondæo & dactylo & tribus trochæis huius exemplum.
CANTEMVS domino deoq; noſtro: Cui gloria cum honore polens
Seſe Magnificis decorat actis. Dum currus celeres Aegyptiorum
Iunctis equitibus grauiq; turba. Rubri marmoris Enecat fluentis.

Adiutor ualidus meæ ſalutis. Plebem de medio tulit profundo
Cuſtos & genitor ſaluſq; uera. Hic eſt hic dominꝰ meus & altor
Ipſum conſpicua ſacrabo laude. Q ui eſt progenitor mei parentis
Ipſum arduis uocibus fatebor. Q ui bellum tulit obruitq; fortes
Dignus nomine quod deus uocatur.

De Metro dactylico Sapphico

Etrum dactylicum ſapphicum pentametrum conſtat ex
m trochæo ſpondæo dactylo. duobus trochæis. cui metro
poſt tres uerſus additur ſemis heroici uerſus. hoc metro
ſanctus antiſtes Paulinus ſextum beati Fœlicis confeſſoris librũ com
poſuit. Cuius principium eſt. Iam ne abis & nos properam relinquis
Q uos tamen ſola regione linquis. Semper adniſa ſine fine & tu
Mente futurus. Et paulo poſt dicit. Sicut ægypto peunte quodã
Noctis & denſæ tenebris operta. Q ua dei uiui ſacra gẽs agebat
Luxerat orbi. Q uæ modo ĩ toto ſpẽs pbat
Orbe cum ſanctæ pia pars fidei Fulgeat xp̃o reliquos tenebris
Obruat error Sic meo qua ſe foret actus ora
Cunctã tete diis ſecũdet: Donec optato p̃ria uehat Lætꝰ ad urbẽ

De metro Tetrametro Catalectico [Tetrametrũ catalecticũ.]

Etrum dactylicum tetrametrum catalecticum conſtat
ex ſpondæo: dactylo catalecto dactylo ſpondæo Q uo
m uſus eſt ſanctus Ambroſius ĩprecatione pluuiæ: cuius
exordium hoc eſt. Squallent arua ſoli puluere multo
Pallet ſiccꝰ ager. terra fatiſcit Nullus roris honos nulla uenuſtas
Q uando nulla uiret gratia florum Tellus dura ſitit neſcia roris
Fons neſcit aquas flumina; curſus Cuius finis hic
Iam cælos reſeres Aruaq; laxes Fecũdo placidꝰ hymbre rogamus
Habrã meritis impia ſecla Dõaſti pluuiã nos quoq; dões. Idẽ uſꝰ ẽ
eodẽ metro ĩ poſtulatõe ſenitatis qđ ita ĩcipit. Obduxeŕ polũ nubila cæli
Abſcõdũtq; diẽ ſole fugato: & ita finit. Ieſu parce tua morte redẽptis
Prior diluuiũ ptulit ætas Vt mũdaret aqua cria terræ. Sed mũdata tuo
ſanguĩe terra ẽ. Iã nũc ĩmiſſa ferens ore columba Ramũ paciferæ mu
nus oliuæ Exutas liquido flumine terras Læto ſignificet lapſa tuo latu.

De Metro Iambico Hexametro.

Etrũ iãbicũ ſenariũ recipit iãbũ locis oibꝰ. tribrachũ locis oibꝰ
m præter nouiſſimũ. Spõdæũ Dactylũ & Anapæſtũ locis tm̃ ipa [Iambicus ſenarius]
ribꝰ. pyrrichiũ loco tãtũ ultĩo. quo nobiliſſimꝰ hiſpaniaq; ſcho
laſticꝰ Aurelꝰ prudẽs clemẽs ſcripſit pemiũ pſycomachiæ: ideſt libri [Aurelꝰ prudens]
q̃ de uirtutũ uiciorũq; pugna heroico carmie cõpoſuit. Ita. n. inchoat.

SENEX fidelis prima credendi uia. Abram beati ſeminis ſerus pr̃
Adiecta cui⁹ nomẽ auxit ſyllaba. Abrã parẽti dict⁹ Abraã deo.

De metro Iambico Tetrametro.

Etrum iambicum tetrametrũ recipit iambũ locis omni
m bus:ſpondæum locis tantum imparibus quo ſcriptus eſt
hymnus Sedulii A ſolis ortu cardine Et uſq; terræ limi\
tem:ſed & Ambroſiani hoc maxime currũt Deus creator omnium Iam
ſurgit hora tertia. Splendor paterne gloriæ Aeterne rerum conditor &
cæteri per plures in quibus pulcherimo ẽ decore compoſitus hymnus
beatorum martyrum :cuius loca cuncta imparia. ſpondæum iambum
tenent paria. Cuius principium eſt Aeterna chriſti munera Et marty
rum uictorias Laudes ferentes debitas Lætis canamus uocibus Recipit
hoc metrũ aliquoties ut ſcripſit Mallius theodorus & iam tribrachym
locis omnibus preter nouiſſimum. Dactylũ & Anapæſtum locis tantũ
imparibus:unde eſt Gerionææ gigas ſubſtantiæ Alacris ut curret uiã
cæterorum rara habes exempla

De Metro Anacreontio

Etrũ iãbicũ tetrametrũ colophõ qđ Anacreõtiõ dr̃ recipit
m Anapæſtũ duos iãbos & ſemipedẽ quo uſus eſt Proſp tyro
ĩ prĩcipio exortatõis ad cõiugẽ ita dicẽs. Age iã pcor mea;
Comes ĩ remota rerũ. Trepidã breuẽq; uitã Domino deo dicemus
Celeri uides rotatu Rapidos dies meare Fragiliſq; mẽbra mũdi
Minui perire labi Fugit hora nec hodie nem⁹ Neq; fluxa hũt ĩcurſũ
Cupidaſq; uana mẽtes Spe trahũt inani Vbi nũc imago rerũ ẽ
Vbi ſunt opes potẽtũ Q uib⁹ occupar̃ captas Animas fuit uoluptas.

De Metro Trochaico Tetrametro.

Etrum trochaicum tetrametrum quod a poetis græcis &
m latinis frequentiſſime ponitur. Recipit locis omnibus
trochæum ſpondæum omnibus præter tertium. Currit
autem alternis uerſiculis ita ut prior habeat pedes quatuor poſterior
pedes tres & ſyllabam. huius exemplum tot⁹ eſt hymnus ille pulcherri
mus. hymnũ dicat turba frũm hymnũ cantus pſonet Xp̃o regi cõcinẽ
tes Laudes dem⁹ debitas. ĩ quo aliqñ & tertio loco prioris uerſiculi ſpõ
dæũ reperies. ut Factor celi terræ factor & orbis Purga lepræ morbos.

De Rythmo.

Aec de metris eminẽtiorib⁹ cõmemoraſſe ſufficiat quorũ exẽpla
h copioſiora apud ſcriptores ĩuenim⁹. Præterea ſũt metrorũ gñ̃a p
plura q̃ ĩ libris cẽtimetrorum ſĩplicib⁹ mõſtrata exẽplis qſq; cupit re
periet. Reperiuntur quædam & in inſigni uolumine Porphyrii poetæ Porphyrius poeta
quo ad Conſtantinũ Auguſtum miſſo meruit de exilio liberari. Q uæ
quia pagana erant nos tangere non libuit. Videtur autem Rythmus Rythm⁹ qd
metris eſſe conſimilis qui eſt uerborum modulata compoſitio nõ metri Poetæ uulgares
ca ratione ſed numero ſyllabarũ ad iudiciũ aurium examinata. ut ſunt
carmina uulgariũ poetarum. Et quod rythmus per ſe ſine metto eſſe põt:
Metrũ uero ſine rythmo eſſe non põt: quod liquidius ita diffinitur. Me
trum eſt ratio cum modulatione: Rythmus eſt modulatio ſine ratione.
Plerũq; tamen caſu quodam inuenies etiam rationem in rythmo nõ ar
tifici moderatione ſeruatam ſed ſono & ipſa modulatione ducente. quẽ
uulgares poetæ neceſſe eſt ruſtice docti faciãt docte. Q uomodo ad in
ſtar iambici metri pulcherrime factus eſt hymnus ille prædarũ. REX
æterne domine. RERVM creator omnium. Q VI eras ante ſecula.
SEMPER cum patre filius: & alii Ambroſiani non pauci. Item ad for
mam metri trochaici canũt hymnum de in die in diem per alphabetũ.
APPAREBIT repẽtina. DIES magna domini In obſcura uelut no
cte Improuiſos occupans in tremendo die iudicii.

Q uod Tria Sunt Genera Poematum.

Ane quia multa diſputauimus de Poematibus & metris: Poematũ genera
ſ Cõmemorãdum in calce quia poematis genera ſunt tria.
Aut. n. actiuũ quod græci dramaticon uel imitatiuũ quod
illi mimiticon appellant. Aut enarratiuũ quod exegematicon uel appã
gelticum nuncupant. Aut comune uel mixtum quod græci cænon uel
micton uocant. Dramaticũ eſt uel Actiuum in quo perſonæ loquentes
introducuntur ſine poetæ interloqutione ut ſe habent tragediæ & fabu
læ. Drama. n. latinæ fabula dicitur quo genere ſcripta eſt Q uo te meri
pedes? an quo uia ducit in urbem. Q uo apud nos gemine cantica
canticorũ ſcripta ſunt. ubi uox alternãs Chriſti & eccleſiæ: tametſi nõ
in hoc interloquente ſcriptore manifeſta reperitur. Exegematicon eſt
enarratiuum in quo poeta ipſe loquitur ſine ullius interpoſitione per
ſonæ ut ſe habent tres libri georgici toti & prima pars quarti: Item Lu
cretii carmĩa & his ſimilia. Q uo genere apud nos ſcriptæ ſunt parabo
læ Salomõis & Eccleſiaſtes. quæ ĩ ſua lingua ſicut & pſalterium metro
cõſtat eſſe cõſcripta. Cænon ẽ uel micton in quo poeta ipſæ loqtur &
perſonæ loquentes introducũtur. ut ſupraſcripta Iliades & odyſſia Ho
meri & Aeneis Virgilii & apud nos hiſtoria beati Iob. quãuis hæc in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſua lingua nō tota poetica ſed partim rhetorico partim ſit metrico uel rithmico ſcripta ſermōe. Hæc tibi dulciſſime fili & Cōleuita Guthberte diligenter ex antiquorum opuſculis ſcriptorum excerpere curaui & quæ ſparſim ſcripta ipſæ diurno labore collegeram tibi collecta obtuli ut quēadmodū in diuinis litteris ſtatutiſꝗ eccleſiaſticis imbuere ſtudui: ita & in metrica arte quæ diuinis nō eſt incognita libris: te ſollerter inſtruerē: Cui etiam de figuris uel modis loqutionū quæ a græcis ſchemata uel tropi dicuntur paruum ſubicere libellum non incōgruum duxi tuamꝗ dilectionem ſedulus exoro ut lectioni operam impendas. Illarū maxime lrārū in qbus nos uitā habere credimus ſempiternā. Vale.

FINIS

Regiſtrum Operis.

A III B III C IIII D IIII E IIII F IIII G IIII H IIII
I IIII K IIII L IIII M IIII N III O III

Impreſſum Mediolani per Ioannem Angelum Seinzenzeler ſub impenſis Ioannis Iacobi & Fratrum de Lignano. Anno Domini MCCCCCIIII. Die. II. Decembris.

